

Dat. die
10 aprilis
1801
anno II.

IL.
Assignatio, et concessio ecclesie, et
ædium nuncupatarum sancti Sil-
vestri ad montem Quirinalem fa-
vore Annæ Mariæ archiducissæ Au-
striæ

Dilecto filio Nostro Julio Mariæ S.R.E.
presbytero cardinali della Somaglia
nuncupato in alma urbe Nostra vi-
cario in spiritualibus generali.

Pius PP. VII.

Dilecte fili salutem et apostolicam
benedictionem.

Laudes excel-
lentissimæ ar-
chiducissæ.

§. 1. Jam dudam sane præ-
stantes virtutes dilectissimæ in Chri-
sto filie Nostræ Mariæ Annæ archi-
ducissæ Austriæ fama omnium con-
sentiens, ac sermo Nobis nuntiarat;
sed modo eas coram intuentes, vi-
demur in ea prorsus agnoscere ima-
ginem quamdam illarum veterum ca-
stissimarum, et clarissimarum femi-
narum ejusdem generis, et loci, quas
justissimis laudibus in cælum effert
gravis auctor Cyrillus Alexandrinus
(de fide ad Reg.) in quibus om-
nis ornatus, ut agebat, divinæ maje-
statis oculis gratus, acceptusque mi-
rifice splendesceret. Id vero præser-
tim animam Nostrum capit, et de-
vincit, quod tantum illa studium er-
ga pupillos hujus Nostræ urbis osten-
dit, qui tenera adhuc ætate orbatu pa-
rentibus, deserti a propinquis, nullis
præsiidiis muniti, omni prorsus sola-
tio destituti, in ejus misericordia, et
opibus perfugium quærant aliquod.
Gratulamur profecto illi magnopere,
quod accurate adeo partes explet re-
ligionis mundæ, et immaculatæ apud
Deum, et patrem, ut Jacobus apo-
stolus commendat, ac præcipit; nec
mediocrem ei Nos habere gratiam
profitemur, quod civitatis Nostræ com-
modo ita prospicit.

§. 2. Quamobrem non gravate qui-
dem ejus desiderio satisfacimus, de
ecclesia sancti Silvestri, atque ædi-
bus in Quirinali monte, quas clerici
regulares, qui Theatini dicuntur, mo-
do obtinent. Nam dolendum vehe-
menter Nobis est, quod horum excel-
lentium virorum, deque Christi Eccle-
sia præclare meritorum numerus sit

Squalentia
status eccle-
siae, et ædium
exponitur, et
quomodo eas
reficere archi-
ducissa suis
sumptibus con-
sueverit.

adeo; ob calamitatem temporum per-
ditorum, imminutus, ut ad omnia il-
li munera, atque officia, ad quæ sua
sponte raperentur, nequaquam omni-
bus in locis præsto esse possint. Ac-
cedit vero etiam, quod eorum facul-
tates, fortunæque ita accisæ, et afflic-
tæ superiori communi procella sunt,
ut utramque domorum, commemo-
ratam nempe ad s. Silvestrum, et
alteram ad s. Andream de Valle vul-
go appellatam, quas hic Romæ ha-
bent, complecti simul, ac tenere, vel
hoc, nequeant: præsertim cum illa
maxime ad s. Silvestrum, quæ tam
esset pulchra, ac plena olim digni-
tatis, hodie deformata misere, direpta,
labans, sordida, squalens, adpectu ipso
lacrymas moveat, immanibusque sit
opus sumptibus, ut reficiatur. Con-
tra si bona, et redditus, qui utrique
domui sustentandæ non jam sufficiunt,
concti attribuantur uni, næ commo-
dius multo Theatinis, qui præcipue
curæ sunt Nobis, provisum erit, suam-
que illi industriam, ac strenuam ope-
ram, non diversi, distractique in va-
rias partes, ast collecti, et conferti,
uberius, et utilius civitati, et ecclesie
navabunt. Quid quod ingenti iisdem
levamini, et adjumento erit, grandis
ea pecuniæ vis, quam archiducissa
Maria Anna regie suæ liberalitatis
memor præsentem ipsis numerat, scu-
torum quinque millium, et quingen-
torum circiter, quo suum in illos gra-
tum testetur animum, quod suæ ipsi
cupiditati magnum gerendi aliquid
suis majoribus, ac sua virtute dignum
non modo non adversentur, verum
etiam obsecudent, et faveant?

§. 3. His permoti causis circum-
specioni tuæ, dilecte fili Noster, per
has literas injungimus, ut ecclesiam,
atque ædes Quirinales ad sanctum Sil-
vestrum, quæ clericorum regularium
Theatinorum adhuc fuerunt, Mariæ
Annæ archiducissæ Austriæ, aucto-
ritate Nostra apostolica, adducas, et
tradas, ejusque proprias esse factas in
posterum decernas, et pronuncies: om-
nia tamen bona, et proventus quos-
cumque illi ecclesie adjunctos, cum
omnibus cujusvis generis oneribus,
quæ secum una habent, ad ecclesiam
s. Andree de Valle nuncupatam ead-
em auctoritate Nostra apostolica trans-
feras. Eum porro usum, ad quem
eadem archiducissa deinceps adhibe-
re maluerit ædes illas, atque eccle-

Tenor conde-
sionis.

siam, stimulos nimirum, quibus urgetur, suæ adversus Deum pietatis eximie, ac studium, quo flagrat, alienæ salutis procurandæ sequens, tecum ipsa, et Nobiscum antea commo- nicare debet. Nos vero, quod se- dulo probaverimus, et expedire in Domino judicaverimus, libentissime id quidem ei permittemus.

Delegatio con-
traziorum.

§. 4. Non obstantibus constitu- tionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima aprilis millesimo octingente- simo primo, pontificatus Nostri an- no secundo.

Dat. die
15 aprilis
1801.
anno II.

L.

Concessio indulgentiæ plenariæ asse- quendæ ab eis, qui occasione capi- tuli generalis visitaverint ecclesias clericorum regularium congregatio- nis sancti Pauli Decollati.

Pius PP. VII.

Universis christifidelibus præsentem
litteras inspecturis salutem, et
apostolicam benedictionem

Teor. et ra-
tio concessio-
nis.

§. 1. Cum sicut accepimus ca- pitulum generale clericorum regula- rium congregationis s. Pauli Decollati Barnabitarum nuncupatorum in eccle- sia, seu collegio s. Caroli a Cathari vul- go nuncupat. de urbe prope diem benedicente Domino celebrandum sit, Nos ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fideliæ religionem, et animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia cha- ritate intenti, omnibus utriusque se- xus christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refeectis, qui prædictam, vel aliquam ex ecclesiis congregationis hujusmodi ubicumque existentem, die quo inco- habitur capitulum generale hujusmo- di, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concor- dia, hæresum extirpatione, ac S. Ma- tris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum præces effuderint, plenariam semel damtaxat omnium peccatorum suo-

rum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedi- mus. Præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime vali- turis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admis- sione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut spon- te oblatum recipiatur, præsentem nul- læ sint, atque earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus no- tarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate consti- tute, vel procuratoris generalis dic- tæ congregationis munitis eadem pro- sursus fides habeatur, quæ haberetur, ipsis præsentibus, si forent ex- hibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub an- nulo piscatoris die decima quinta apr- ilis MDCCCL. pontificatus Nostri an- no secundo.

Conditiones
adjactæ et fi-
des habenda
transumptis.

LI.

Indulgetur dignitatibus, et canonicis
ecclesiæ collegiatæ Veruchii Ri-
mainensis diœcesis, ut cottam supra
rochettum gestare valeant.

Dat. die
18 aprilis
1801
anno II.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Romanus pontifex in apo-
stolicæ dignitatis fastigio singularum
ecclesiarum statum circumspectans,
ecclesias antiquitatis laude florentes,
ac personas in eis Altissimæ famu-
lautes peculiaribus favoribus, et præ-
rogativis libenter exornat, prout con-
spicit in Domino salubriter expedire.

Premium.

§. 2. Hæc est, quod Nos ad ea,
quæ ad insignis, ut asseritur, collegia-
tæ ecclesiæ Veruchii Rimiensis diœ-
cesis decorem, et dignitatem spectant,
favorabiliter intendentes, ac dilectis
filiis dignitatibus, et canonicis ejusdem
collegiatæ ecclesiæ specialem gratiam
facere volentes, eorumque singulares
personas a quibusvis excommunicatio-
nis, suspensionis, et interdicti, aliis-
que ecclesiasticis censuris, sententiis,
et pœnis quovis modo, et quacum-
que de causa latis, si quas forte in-

Ratio, et te-
nor concessio-
nis.

currerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut deinceps perpetuis futuris temporibus dignitates, et canonici collegiatae ecclesiae praedictae praesentes, et futuri supra rochettum, quo ipsi exponentes, ut asserunt, usi sunt, atque utuntur, cottaam quoque tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actis publicis gestare, illaque uti libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate apostolica teore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper quaque quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non ecclesiae praedictae, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die vicesima octava aprilis millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio contrariorum.

LII.

Indulgetur confratribus sodalitates sanctissimi Sacramenti civitatis Cordubensis, ut in eorum ecclesia per octo continuos dies, in quibus patens proponitur fidelium adorationi sacra Eucharistia, celebrari possit missa votiva sollemnis de sanctissimo Eucharistiae sacramento.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum sicut dilecti confratres sodalitates nuncupatae Mancipiorum sanctissimi Sacramenti canonice, ut asseritur, erectae in ecclesia monialium ordinis sancti Benedicti sub titulo Incarnationis civitatis Cordubensis nuncupatae Nobis exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga augustissimum Eucharistiae sacramentum praeseferunt devotionis affectum, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summo opere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio praecum.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, referente dilecto filio magistro Julio Carpineo sacrorum rituum congregationis secretario, ut in dicta ecclesia per octo continuos dies a dominica tercia post pentecosten usque ad dominicam quartam sequentem, in quibus diebus patens proponitur fidelium adorationi sacra Eucharistia, dummodo non occurrat officium duplex primae, vel secundae classis celebrari possit una missa votiva sollemnis de sanctissimo Eucharistiae sacramento cum gloria, et credo, sed cum commemorationibus officii diei, dominicae, aliisque occurrentibus juxta rubricas, si in eadem ecclesia celebrata non

Tenor concessionis.



fuerit missa conventualis de die, addita etiam facultate praedictam missam eodem modo celebrandi in quolibet dominica prima cujuslibet mensis, ut supra, non impedita, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae sodalitatis, et ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibusvis etiam derogatarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima aprilis millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.



LIII.

Indolgetur congregationi ordinis sancti Philippi Neri civitatis Visensis, ut ejus alumni undecumque orti, possint suscipere quoscumque ordines, etiam presbyteratum ab episcopo Visensi.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quamquam alia jam paternae Nostrae charitatis, et benevolentiae signa a Nobis acceperint dilecti filii praepositi, et presbyteri congregationis Oratorii sancti Philippi Neri nuncupati in Visensi civitate constituta, uberiora eis tamen dare parati animo sumus, quo alacris ipsi et commodius Dei gloriae, suaeque, et proximorum saluti studeant. Quamobrem quod a Nobis magnis precibus postularunt, accedente suffragio praesertim venerabilis fratris episcopi Visensis, eis libenter concedimus: ut deinceps nimirum ejus congregationis alumni undecumque orti, ac licet ab alio episcopo tonsura, aut aliquo ordine initiati fuerint, a Visensibus episcopis, cum solis epistolis testimonialibus, quas eorum quisque adferat a suis ordinariis, quoscumque ordines etiam sacros, et presbyteratum suscipere libere, et licite possint, et valeant.

Expositio precum et tenore concessionis.

§. 2. Non obstantibus felicis recordationis Innocentii pp. XIII. praedecessoris Nostri literis *Speculatores*, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quibusvis etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta aprilis millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio contrariorum.



Dat. die
24 aprilis
1801
anno II.

Dat. die
23 aprilis
1801
anno II.

LIV.

Indultum perpetuum pro dignitati-
bus, et canonicis ecclesie collegiate
s. Laurentii oppidi Drepani Maza-
rensis gerendi rocchettum, et cap-
pam magnam in omnibus sacris
functionibus intra diocesis terminos.

Venerabili fratri Horatio
episcopo Mazarensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater Noster
Salutem et apostolicam benedictionem

Expositio pre-
cum.

§. 1. Supplicatum Nobis non
multo ante fuit dilectorum filiorum
dignitatum, et canonicorum ecclesie
collegiate insignis, ut nuncupatur,
sancti Laurentii in oppido Drepani
diocesis tue nomine, ut ad augen-
dam divini cultus majestatem, ad
quam rem sacre vestes non mini-
mum conferant, ipsis divina officia pe-
ragentibus, honestiore indumento post-
hac tibi permittamus. Movet Nos qui-
dem ejus oppidi perveteris nobilitas,
portu, arce, mercatorum frequentia
celebris, copiis, hominibus, liberali-
bus, utque ingenuis artibus, quodque
caput est, religionis, ac pietatis studio,
ut perfertur ad Nos, florentis, am-
plissimorum etiam magistratum se-
de, et jurisdictione ornati.

Committitur
episcopo, ut
pro sua pru-
dentia licen-
tiam concedat

§. 2. Itaque fraternitati tue per-
presentes committimus, et manda-
mus, ut dignitatibus, et canonicis col-
legiate ecclesie commemorate non
jam mozzetam violacei coloris, quam
se usurpasse adhuc affirmant, sed cap-
pam magnam hyeme super rocchet-
tum cum manicis, et cottam super
eundem aestate gerere in choro, in
capitulo, in processionibus, aliisque
sacris functionibus quibuscumque in-
tra diocesis terminos libere, et lici-
te possint, ac valeant auctoritate No-
stra apostolica in perpetuum, si tibi
in Domino visum fuerit expedire con-
cedas, et indulgeas.

§. 3. Non obstantibus felicis re-
cordationis Benedicti pp. XIV. pre-
decessoris Nostri de divisione mate-
riarum, aliisque apostolicis consti-
tutionibus, et ordinationibus, ceteris-
que contrariis quibuscumque. Cete-
rum illos Nostri verbi etiam atque

Bull. Rom. Tom. XI. F. 62.

Derogatio con-
trariorum.

etiam adhortabere, ut majorem istum
quem a benignitate Nostra sunt ade-
pti insignium splendorem, majori
etiam splendore innocentis vite subse-
quatur. Habent clarissimam ob oculos
ad imitandum propositum exem-
plum, sanctum nimirum Laurentium,
ipsum, in cujus tutela, et presidio
latent: ad cujus idcirco formam suos
mores fingere omni cura, et industria
enitentur. Datum Romae apud sanctam
Mariam Majorem sub annulo
piscatoris die vicesima octava aprilis
millesimo octingentesimo primo, pon-
tificatus Nostri anno secundo.

LV.

Unio perpetua cujusdam beneficii ec-
clesiastici prioratus ecclesie paro-
chialis matricis loci de Sacavem Li-
sbonensis diocesis.

Dat. die
8 maii
1801
anno II.

Venerabili fratri patriarchae
Lisbonensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Expositum Nobis super
fuit dilecti filii Francisci Antonii Fer-
reira da Fonseca prioris ecclesie pa-
rochialis, et matricis, ut se dicit, es-
se Nostrae Dominae loci de Sacavem
in tua diocesi nomine, tenuissimam
prorsus ejusmodi munus gerentibus
superfuisse congruam, eam nimirum,
quae ex tertia solum decimarum par-
te colligatur, posteaquam a Bragan-
tiae ducibus ejus ecclesie suae bona
cenobio cuidam Carmelitarum dona-
ta fuissent patronatus quo in illam
ecclesiam fruatur jure, id sibi lice-
re putantibus eo rem devenisse, ut qui
ante se illam ecclesiam obtinuissent
ab ea procul in villis agri cultura vi-
ctitarent, magno cum Christi ovium
detrimento: se tamen officii sui me-
morem apud suam ecclesiam voluisse
manere, nec dubitasse, ut ne ani-
mabus suae fidei commissis deesset,
vere multo alieno se obligare; oppor-
tunitatem vero nunc oblatam, quo
sibi, et parochiae suae prospiciatur:
quum unum ex beneficiis ecclesiasti-

Expositio pre-
cum, et ratio
concessionis.

cis simplicibus sex in ipsa ecclesia erectis vacaverit, per obitum illius, qui illud proxime possideret Francisci Correa Godinho, quorum præsentatio beneficiorum ad priorem pertineat, concessu Braganziæ ducum: eo si prior auctus ipse fuerit, satis videri habere, unde non incommode onus paræciæ administrandæ grave sibi impositum sustinere, et perferre queat; eamque ob causam a Nostra apostolica auctoritate opem et auxilium se implorare eo fidentius, quod dilectissimus in Christo filius Noster Joannes regis Brasiliz princeps, et regnorum Lusitaniæ regens ecclesiæ patronus, adsentiat.

Tenor decreti unicus.

§. 2. Nos igitur, quibus illud in animo insidet, quod ab apostolo præceptum est = qui bene præsentant præbiteri, duplici honore digni habeantur; maxime qui laborant in verbo, et doctrina = (ep. 1. ad Tim. c. 5.) æquissimis ejus postulatis satisfaciendum esse ducimus. Quamobrem fraternitati tuæ per præsentantes committimus, et mandamus, ut vera ubi esse narrata compereris, supradictum beneficium ecclesiasticum simplex auctoritate Nostra apostolica in perpetuum prioratui ecclesiæ unias, adplicis, et incorpores cum omnibus proventibus, et fructibus, atque oneribus, quæ secum una habet, adeo ut et hodiernus prior, et qui deinceps ei succedent statim ut possessionem legitimam nacti fuerint prioratus, illius beneficii etiam eo ipso nacti esse intelligantur.

Clausula subla-
ta, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Dorogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, cancellariæ Nostræ regulis, nec non Benedicti pp. XIV, de divisione materialium, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus,

cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava maii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

LVI.

Concessio insignium capitulo, et canonicis ecclesiæ Finalis Savonensis diocesis.

Dat. die
15 maii
1801
anno II.

Dilectis filiis præposito, canonicis, et capitulo ecclesiæ collegiatae insignis nuncupatae sancti Blasii in oppido Finale vulgo dicto diocesis Savonensis.

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xpositum Nobis haud multo ante vestro nomine fuit, vos diligentes decorem domus Dei, sanctissimi prophetae exemplo, atque huic rei maxime conducere perspicientes sacrarum vestium ornamenta, magnopere cupere in his inferiores non esse capitulo collegiatae ecclesiæ sanctæ Mariæ de Vineis dictæ in Januensi civitate: nec vos profecto solum hoc desiderio teneri, idque a Nobis enixe petere, et orare, sed magistratos etiam vestros, et oppidanos omnes; convenire id vero ipsius quoque oppidi dignitati, quod quidem territorium satis amplum habeat, ubi præfectura insuper constituta sit, et jurisdictio late exerceatur.

Expositio precum.

§. 2. Nos igitur benignitate Nostra paterna erga vos uti volentes, ac vestrum porro singulos a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, vobis, præposito minimum, et canonicis, tum beneficiatis, et mansionariis istius collegiatae ecclesiæ, ut quæ insignia in choro, in capitulo, in processionibus, atque in sacris functionibus quibuscumque a dignitate, et ca-

Concessio insignium pro canonicis, et beneficiatis.

nonicis ecclesie collegiate sancte Marie de Vineis Janue, atque ab hujus beneficiis, et mansionariis rite, et legitime usurpantur, eadem vos, pro suo quisque ordine, et gradu, non secus atque illi, in iisdem dum versamini locis, et sacris officiis, intra diocesis Savonensis fines gerere possitis, et valeatis, auctoritate apostolica tenore presentium literarum in perpetuum concedimus, et indulgemus.

Derogatio con-
tariorum.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. predecessoris Nostri de divisione materiarum, aliisque apostolicis ordinationibus, et constitutionibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Mositum spe-
ciale.

§. 4. Cæterum arbitramur, vos, dilecti filii, penitus agnoscere ornamentis ejusmodi indumentis, quæ estis consequuti, vos admoneri, et excitari vehementer ad induendum magis Dominum Jesum Christum, et ad vos ipsos ornandum magis integritate morum et sanctitate, sine qua inania illa prorsus viderentur, atque irridenda. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta maii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

LVII.

Confirmatio decreti editi a sacra congregatione Concilii super applicatione favore seminarii Fanensis bonorum spectantium ad suppressum conventum sancti Francisci de Roveredo nuncupati ejusdem loci.

Dat. die
22 maii
1801
anno II.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quanti interesse judicemus teneram puerorum, et adolescentium ætatem optimis imbui moribus, artibus, ac disciplinis satis demonstratum a Nobis fuit iis encyclicis literis, quas ad omnes venerabiles fratres catholicos episcopos dedimus non multo post, quam ad summi pontificatus hoc fastigium divina Nos benignitas infirmos, et debiles extulit. Quamobrem ex Nostri animi omnino sensu fecit venerabilis frater Antonius Gabriel episcopus Fanensis, qui ut primum ecclesiam suam attigit, ad seminarium clericorum amplificandum, et præclaris legibus constituendum, tam ad collegium ei jungendum sub s. Caroli tutela, ac præsidio, in quo non Fani solum, sed finitimarum etiam civitatum juvenis ad solidam pietatem, christianamque virtutem, et ad doctrinarum fere genus omne institueretur, et educaretur, cogitationes suas convertit, totisque incubuit. Cujus quidem seminarii, et collegii tanto ejus episcopi labore, suoque sumptu conservati, ac sustentati, opes, communium rerum casu afflictas, ac prope dilapsas, non possumus non vehementer dolere, eamque rationem, quam unam illi succurrendo præsto esse ostendit dilectus filius ipsius seminarii, et collegii rector non arripere, hujusque precibus, et obsecrationibus hoc in negotio non flecti. Atque has profecto, cum ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum, auditis antea quos oporteret omnibus, transmissisemus, inde profectum est decretum tenoris qui sequitur.

Exponitur
quomodo ne-
gocium defi-
niendum sa-
cræ congrega-
tioni Concilii
commissum
fuerit.

§. 2. Die 19. maii 1801. = Sacra congregatio eorum S. R. E. cardinalium concilii Tridentini interpretum

Tenor decreti
editi a sacra
congregatio-
ne.

vigore facultatur a ssmo tributarum, et in executionem mandatorum Sanctitatis Sæ, prævia suppressione conventus patrum minorum Conventualium s. Francisci vulgo di Roveredo, positi sub diocesi Fanensi; bona omnia, redditus, jura, et actiones ad dictam conventum spectantia una cum ipsius conventus, et ecclesie edificii, applicavit collegio, et seminario s. Caroli civitatis Faui, cum lege tamen adimplendi in perpetuum omnia, et singula onera præfato conventui, aut adnexæ ecclesie inhærentia ad formam respectivarum foundationum; ita ut collegium, et seminarium suppresso conventui subrogatum ceaseatur cum iisdem honoribus, et oneribus, et injuncta eidem collegio, et seminario obligatione manuteneendi in ecclesia enunciato conventui adnexa cultum divinum in commodum circumstantiis populi, et pro hujusmodi effectu deputandi custodem cappellanium, qui omnibus diebus festis missam ibidem celebret, aliumque sacerdotem ad excipiendas confessiones approbatum, qui solemniorem anni diebus christifidelibus penitentiam, et sanctissimæ Eucharistie sacramentum ministrare teneatur. Præterea mandavit eadem sacra congregatio, ut collegium, et seminarium s. Caroli favore ejusdem conventus, et religionis patrum minorum Conventualium provincie Romanæ scuta bismille monete argenteæ vulgo piastre, nempe mille currenti anno, et alia mille proximo venturo anno persolvat, facto eorum deposito in aede sacra, cum lege non amovendi nisi cum ordinibus ab episcopo Fanensi, et a patre generali ordinis, vel a provinciali ejusdem provincie, ac ejus defensorio subscribendis, et ad effectum erogandi eandem summam vel in dimissione fructiferi aeris alieni antedictæ provincie, vel investendi in bonis stabilibus, tutis, atque fructiferis, vel censibus cum personis etiam secularibus cum solidali tamen fidejussione ab episcopo loci approbata favore conventuum ejusdem provincie.

Confirmatio
decreti.

§. 3. Ejusmodi igitur decretum Nos auctoritate apostolica per has litteras approbamus, et confirmamus, illudque observari penitus imposte-
rum decernimus, et jubemus.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, Derogatio con-
Arariorum.
inque universalibus, provincialibus, que, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus; nec non commemorati ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentis ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die xxii. maii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

LVIII

Facultas canonicis s. Mariæ de Cervara Sublacensis districtus adijcendi manicas ad rochetam, et gendi deinceps mozzettam non nigri, sed violacei coloris.

Dat. die
2 junii
1801
anno II.

Dilectis filiis capitulo, et canonicis sanctæ Mariæ de Cervara nuncupat. in territorio abadiæ Sublacensis.

Pius PP. VII

Dilecti filii
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. Desiderium, quo tenemini, vestrum exponi Nobis nuper fecistis, ut ad ornamenta illa sacrarum vestium, quo vos decoratos voluit sanctæ memoriæ Pius pp. VI. predecessor Noster, aliud aliquid a Nostra etiam benignitate accedat, ut et majestas divino cultui, quem administratis, accrescat, et incitamentum vos habeatis majus ad vitam eo honestius ex sanctissimarum Ecclesie legum præscripto traducendam, quo cum honestiori indumentorum ad-

Ratio, et tenor concessionis.

paratu magis consentire debet. Itaque Nos vel ea charitate singulari, qua prædecessor Noster erga istius territorii cunctos homines flagrabat, la-cessiti, vestris precibus adnuere decrevimus. Quamobrem vobis, manicas ad rocchettum adicere, et moz-zettam deinceps, non quidem nigri, sed violacei coloris gerere iis tempo-ribus, iisdemque in locis, quæ sunt a commemorato prædecessore No-stro vobis definita, auctoritate aposto-lica in perpetuum concedimus, et in-
 §. 2. Non obstantibus constitu-
 tionibus, et ordinationibus apostoli-
 cis, cæterisque contrariis quibuscum-
 que. Datum Romæ apud sanctam Ma-
 riam Majorem sub annulo piscatoris
 die secunda junii millesimo octingen-
 tesimo primo, pontificatus Nostri an-
 no secundo.

Deregatio con-
 trariorum.

LIX.

Dat. die
 1834
 anno II.

Instante congregatione s. Philippi Ne-
 rii Græci ritus diocesis Montis Re-
 galis facultas supplendi ejus nume-
 rum ex latinis presbyteris, qui
 ritum Græcum in omnibus ea in
 congregatione manentibus, debeant
 sequi, quandiu inopia quidem erit
 presbyterorum Græci ritus cælibum.

Venerabili fratri archiepiscopo
 Panormi, et Montis Regalis

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
 Salutem, et apostolicam
 benedictionem.

Expositio præ-
 cæta.

§. 1. Expositum nuper Nobis
 fuit dilectorum filiarum presbytero-
 rum nomine, qui in oppidulo diocesis
 Montis Regalis, quod ab indige-
 nis Piana appellatur, congregationem
 Oratorii sancti Philippi Nerii nuncu-
 patam constituunt, ritus quidem Græ-
 ci, et cælibem vitam agentes se ad
 paucorum numerum redactos esse
 magna cum jactura suorum oppida-
 norum; neque enim se jam suffice-
 re ad ingentia onera sustinenda, quæ
 sibi fuerint imposita, cum et adesse
 ægrotis, ac præsertim morli proximis,

et collegio virginum, quæ puellas ad
 bonas artes, moresque informant ex
 instituto bonæ memoriæ Conradini
 cardinalis, fidelem præbere operam,
 et juventutem erudire, ac literis,
 et pietate imbuere susceperint; deficere
 autem prorsus e Græca discipli-
 na presbyteros sine uxore, quos in
 suum contubernium adsciscant; ro-
 gare se idcirco magnopere, et orare,
 veniam ut sibi demus, suam parvam
 manum ex latinis presbyteris suppleri,
 qui tamen, quamdiu apud se fue-
 rint, eundem, quem ipsi Græcum ritum
 observent in divino sacrificio per-
 ragendo, atque in aliis sacris officiis,
 tam in quadragesimarum, et cæte-
 rorum jejuniorum ratione, tum in
 reliquis rebus omnibus nihil a se pla-
 ne discrepent: ita Nos magnum adju-
 mentum allaturos christiano gregi
 satis amplo, qui in ea congregatione
 præclarum semper solatium reperit.

Tenor conces-
 sionis.

§. 2. Nos igitur istorum presby-
 terorum inducti precibus, eorumque
 singulos a quibusvis excommunicatio-
 nis, et interdicti, aliisque ecclesiasti-
 cis censuris, sententiis, et pœnis quo-
 vis modo, et quacumque de causa
 latis, si quas forte incurrerint, hujus
 tantum rei gratia absolventes, et ab-
 solutos fore censentes, fraternitati tuæ
 per has literas committimus, et man-
 damus, ut illis, quod postulant, si-
 quidem vera esse narrata compereris,
 tuque in Domino expedire judicaveris,
 quoad inopia tanta erit presby-
 terorum Græci ritus cælibum, qui
 illis aggregentur, auctoritate Nostra
 apostolica pro arbitrio, et conscientia
 tua concedas, et indulgeas.

Deregatio con-
 trariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis
 constitutionibus, et ordinationibus,
 cæterisque contrariis quibuscumque.
 Datum Romæ apud sanctam Mariam
 Majorem sub annulo piscatoris die
 secunda junii millesimo octingente-
 simo primo, pontificatus Nostri an-
 no secundo.



Dat. die
16 Junii
1801
anno II.

LX.

Indultum ministris, aliisque inser-
vientibus hospitalis Gerundensis ve-
scendi prohibitis diebus jejuniorum,
excepta tantum majori hebdomada,
carnibus, ovis, et lactaciniis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quod Christus, atque apo-
stoli ab ipso edocti, atque instituti
tantopere commendarunt, ex omni-
busque suis præceptis maxime incul-
carunt, ut charitate cunctos, non vul-
gari illa quidem, aut fucata, et ina-
ni, sed præcipua quadam, et germi-
na, veraque, et solida prosequeremur,
hacque incitati nihil prætermittere-
mus, quo miseris essemus auxilio,
et solatio, id profecto semper viguit
in Catholica Ecclesia, inde ut tam-
quam e nota certa, et propria, qui
christianæ disciplinæ sectatores essent,
agnoscerentur olim, et secernerentur
a reliquis. Postea vero quam Ecclesia
divexata perdia, atque jactata respi-
rasset, otiumque fuisset nacta, non
privatum solum, sed etiam publice
studia charitatis, et misericordiæ ope-
ra fervere in illa ubique cœperunt,
atque aedificia magnifice passim sunt
extructa, et parata, ad pauperes, ad
aegrotos, ad peregrinos, ad alienæ
opis egentes quoscumque excipiendos,
et juvandos magna cum christiani
nominis laude, et gloria. Quæ sane
loca, communi vocabulo fere hospita-
lia appellata, omni privilegiorum
copia ornare, et amplificare Romani
pontifices consueverunt.

Ratio conces-
sionis.

§. 2. Itaque et exemplo incitati
prædecessorum Nostrorum, et rei
ipsius aequitate, et utilitate permoti,
facile inducimur ad obsequendum
precibus de hospitali a sancta Catha-
rina martyre nuncupato Gerundæ in
Catalaunia, quas Nobis porrigi fece-
runt venerabilis frater Joannes ejus
civitatis episcopus, atque alii, qui
illius hospitalis administrationi cum
eo una præsent. Illud enim dicitur a
multis sæculis conditam, non solum
morbo quocumque implicitos collige-
re, ac diligenter curare, sed etiam
infantes expositos, eosque ad firmam
aetatem educere; puellas quoque præ-

gnantes, ac pudori, et famæ suæ, et
foetuum suorum incolumitati perfu-
gium quærentes; viatoribus etiam
prætereuntibus tectum præbere, et
mensam: ad quæ obeunda officia,
ingentem requiri ministrorum, servo-
rumque numerum, quem quidem
intra se hospitali continet, atque alit.
Verum cum modicæ ei sint opes,
et facultates, non levi afficitur in-
commodo, cum statis diebus com-
pluribus non idem genus obscuriorum
parare aegrotis, minusque firma va-
letudine utentibus in hospitali, at-
que iis, qui bona ea sunt, queat,
cum his nimiram carnibus vesci, ovis,
et lactaciniis per ecclesiam non licet,
quibus refici illos necesse est. Quid
quod escæ illæ, quæ diebus absti-
nentis, et jejuniorum apponuntur
homicibus ut ut valentibus, aerem in
hospitali crassum, terrum, insalu-
brem, ac pestilentem plerumque du-
centibus, detrimentoque admodum
videntur esse, viresque sensim di-
minuere, qui integris opus quisque
habet, ad suo defungendum præcla-
ræ pietatis munere?

§. 3. Quæ cum ita sint, cum id
præstare vero intelligimus, idque
cupiamus vehementissime, et agamus,
ut nemo in isto hospitali ces-
set, utque adeo majorem in dies in-
dustriam, ac studium exprimat ad
Christum solandum, fovendumque,
et curandum in fratribus suis mini-
mis, ipsam modo in iis intuens, ac
spectans; ideoque ministris, ac servis
cujuslibet ordinis, ac generis, et æ-
tatis, ac valetudinis in commemora-
to hospitali degentibus, victumque
ab eo capientibus, qui nunc sunt,
quique posthac erunt omnibus, et
singulis, ut quamdiu ei hospitali suam
operam navabunt, diebus quibuscum-
que anni, etiam jejuniorum, et qua-
dragesimæ, excepta dumtaxat hebdo-
mada majori, carnibus, ovis, et la-
ctaciniis vesci libere, ac sine ullo cul-
pæ, pœnæve incursu possint, et va-
leant auctoritate apostolica per has
litteras in perpetuum concedimus, et
indulgemus; quod beneficium quidem
ad illos etiam pertinere decernimus,
qui administrationem hospitalis ge-
runt, ad scribam etiam, ad medicos
denique duos, et chirurgos duos, qui
quamquam in hospitali non maneant,
assiduam illi tamen præsentiam, ar-
tem, ac scientiam suam impendant,

Tenor conces-
sionis.

ad horumque omnium familias, quo alacriores ii scilicet ad subeundos labores tam Deo gratos pro ejus amore sint.

Derogatio son-
triorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, inque universalibus, ac synodalibus, provincialibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum eos etiam atque etiam monemus, quibus epularum est potestas his literis facta, per jejuniorum dies, quarum est interdictio tum facta ab Ecclesia cæteris, ut ne se putent inde etiam lege solutos unicæ per illos dies comestionis; quia ad eam servandam omnino obligari, secundum constitutiones sanctæ memoriæ Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri hac de re sapienter editas. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die
19 junii
1801
anno II.

LXI.

Indultum utendi bireto violacei coloris pro dignitatibus, et canonicis capituli cathedralis ecclesiæ Canadensis.

Venerabili fratri
episcopo Canadensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. **A**postolicæ benignitatis dona ad majorem divinum cultum redundatura eo libentis iis, qui ministerio ecclesiarum addicti sunt, elargimur, quo ecclesiæ ipsæ per hæc in posterum munera studiosius colendæ, et elatori temporum vetustate præcellunt, et laudabiliori ministrorum præstantia celebrantur.

Expositio præ-
cum.

§. 2. Sane quum sicut Nobis nuper expositum fuit dignitates et canonici cathedralis ecclesiæ Canadensis capituli quod nunc est, ut asseritur, ex antiquissimis per d. Stephani Hungariæ regis pietatem fundatis, quod-

que, ut additur, tum sæpe furentibus, ac insectantibus turcis Christianam religionem vel dato fortiter suo sanguine asseruit, tum semper ab hæretica labe incolumen se tueri, et sanctæ huic apostolicæ Sedi, quæ catholicæ est cathedra fidei, centrumque unitatis, firmiter adhærere omni studio curavit, cupiant ornamento aliquo insigniri, ac præsertim bireto coloris violacei uti.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos dignitates, et canonicos prædictos ad ejusmodi majorum suorum æmulandas virtutes quantum cum Domino possumus allicere, ac magis magisque incendere cupientes, nec non eos, ac singulas eorum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus atque mandamus, ut veris existentibus narratis, memorati capituli dignitates, et canonici, ac ipsorum quoque pro tempore successores futuri biretum violacei coloris tam in choro, et ecclesiâ, quam extra in processionibus, et functionibus sacris non tamen ultra fines Canadensis civitatis, ac diocesis gestare, illoque libere, ac licite uti possint, et valeant, licentiam, et facultatem pro tui arbitrio impertiendam auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, atque tribuimus; eosque desuper in hujusmodi re ab ullo unquam quacumque auctoritate, et quovis sub titulo quomodolibet molestari, perturbari, vel impediri nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clau-

sulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die decima nona junii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

LXII.

Dat. die
19 junii
1801
anno II.

Ad subveniendum necessitatibus nosocomii Assisiensis, mandatur episcopo, ut confraternitates ipsius civitatis agrorum parte unamquamque cedere jubeat.

Venerabili fratri Francisco Mariæ
episcopo Assisiensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Exponitur sta-
tus nosocomii

§. 1. Vehementer animum perculit Nostrum, quod de nosocomio istius civitatis renunciatum paullo ante Nobis fuit, tam tenues ejus esse facultates, ut ei vix in tres menses anni sufficiant, ædificium ejus perangustum, atque alienissimo urbis loco positum, opportunitatibus carere multis, iisdemque necessariis ad solandos, recreandosque aegrotos; æs alienum pro illo sustentando contractum satis grande, nec ullam rationem suppetere, qua dissolvatur. Quis est tam ferreus, qui his rebus non commoveatur? Quis præceptorum, exemplorumque Christi memor, et consuetudinis ecclesiæ, quæ spiritu misericordiæ sui sponsi imbuta, summam, ac singularem semper suscipit pauperum curam, eorum præsertim, quos præter inopiam morbi quoque calamitas afflixisset, non erigatur ad auxilium, si quod potest,

domicilio isti charitatis christianæ adferendam?

§. 2. Ac novimus quidem confraternitates recte institutas, et administratas non parvæ utilitati esse nutriendæ fidelium pietati, atque alendæ: quæ vero si opibus abundent plusquam ad eam sibi præpositam finem requirantur, æquo hæc patientur animo earum partem ad Christum in suis membris egentem, infirmum, consumptum inedia, et vi aegritudinum levandam, juvandamque seponi, neque id jacturam profecto, sed lucrum potius existimare debent, dum illud apostoli faciunt: » unusquisque sicut accepit gratiam » in alterutrum illam administrantes, » sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.

§. 3. Itaque tibi, venerabilis frater, per has literas committimus, et mandamus, ut pro arbitrio, prudentia, et conscientia tua ex confraternitatum istius civitatis bonis, nosocomii tantis necessitatibus auctoritate Nostra apostolica subvenias. Ecclesiam primò, atque aedes, et ægolum proximam confraternitatis sanctæ Clare nosocomio addeas, et attribuas, quo aegroti, sede aate probe constituta, et ornata, transferantur. Quæ vero legata divinerum sacrificiorum obsequia in ejus confraternitatis ecclesia agnoscas, obiri in posterum in ecclesia minori, quæ dicitur confraternitatis tertii ordinis sancti Francisci prope forum episcopatus appellatum, decernas. Eidem confraternitati porro sanctæ Clare ædificii, ubi nosocomium nunc est adjudices partem, quæ tibi videbitur, ad sedalium commodam.

§. 4. Singulas vero confraternitates agrorum parte aliqua cedere jubebas, eamque nosocomio propriam inde factam statuas, et pronuncies: confraternitatem nimirum tertii ordinis agrorum parte, quæ scutis quinque millibus aestimetur, confraternitatem sanctæ Catharinæ, quæ terminalibus; confraternitatem sancti Stephani, quæ mille, et tercentum; confraternitatem sancti Francisci, quæ septingentis; confraternitatem sanctæ Clare, quæ centum quinquaginta; confraternitatem denique sancti Rufiqi, quæ centum. Atque ut aestimatio sine cuiusquam querela perficiatur, volumus, ut utrinque duo pe-

Declarator
confraternita-
tes ex institu-
to teneri opem
ferre egentibus.

Hinc præcipi-
tur ut eccle-
siam cedant
et partem a-
grorum in co-
modum nosocomii.

Designatio lo-
corum a sin-
gulis confrat-
ernitatibus
cedendorum.

riti adsint, alter a nosocomio, a confraternitate quaque alter destinatus.

Conditiones,
et declaratio-
nes speciales.

§. 5. Neque vero æquum arbitramur esse confraternitatem sancti Stephani, postquam definito agro abierit, pergere nosocomio solvere pensionem annuam, quam ante hac consuevit scutorum vigintiquinque; quo eam opere idcirco exolutam pronunciabis. Ceterum quamquam existimamus, confisi modestia, et studio veræ, solidæque pietatis istorum sodalium, neminem fore, qui dicto non audiens sit, quique adeo non libenter Domino, in eum usum, quem is magis postulat quoque opus habet, quique potior, ac melior longesit, quod ei jam consecratum fuerit, concedere velit, tamen, si quis forte tam audax, ac demens fuerit, eum tu, venerabilis frater, etiam per censuras, aliasque pœnas arbitrio tuo, ad obediendum compellas, implorato ad id quoque, si necesse fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Derogatio con-
trariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus, nec non dictarum confraternitatum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ab verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hæc vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona junii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.



LXIII.

Dat. die
23 junii
1804
anno II.

Ecclesia princeps s. Nicolai oppidi Thermarum Panormitanæ diœcesis erigitur in collegiatam insignem.

Venerabili fratri archiepiscopo Panormitano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **T**hermis, quod oppidum in tua diœcesi est situm, ut si non pristinum, quo fulgebant, splendorem, (nam episcopalis sedes constituta apud eas olim fuisse perhibetur) at aliquem saltem reddamus, postulatum est magnopere a Nobis, cleri et populi ejus oppidi nomine ecclesiam illius principem sancto Nicolao dedicatam, magnifice admodum extractam, et ornatam esse, omni genere sacræ suppellectilis abundare, cum ipsam paræciæ honore esse præditam, tum aliam sub se paræciam habere, adeo ut collegiatæ dignitatem sustinere, ac tueri satis posse videatur; id etiam existimasse carissimum in Christo filium Nostrum Ferdinandum utriusque Siciliæ regem, cum eo venisset, atque illius ecclesiæ pulchritudine, et amplitudine fuisset captus; id convenire præterea nobilitati, et vetustati ipsius oppidi, frequentæ ejus civium, in quibus honestissimo loco nati complures, compluresque sacris addicti numerantur, id verò conducere maxime ad incendendum cleri studium, et oppidanorum excitandam, alendamque pietatem; id denique te ipsum judicare, expositum Nobis fuit.

Ratio concessio-
nis.

§. 2. Quamobrem animum inducimus ejusmodi precibus, ut obsequamur; ac propterea fraternitati tuæ, cujus nimirum fides, gravitas, sapientia, et constantia nullum Nobis relinquit dubitandi locum, quin omnia in isto negotio gesturus sis ex sanctissimis concilii Tridentini decretis, ac Romanorum pontificum constitutionibus, per has literas committimus, et mandamus, ut, vera ubi narrata compereris, consentientibus modo iis, quorum interest, auctoritate Nostra apostolica, si ita ex-

Tenor concessio-
nis.

pedire in Domino arbitratus fueris, partitis ecclesie commemoratae sancti Nicolai redditibus, inde si quidem tam uberes, et ampli erunt, dignitatem unam prepositi appellati, cui animarum cura insideat perpetuo, hæreatque, et canonicatus duodecim constituas, cum onere divinas laudes concinendi rite in choro, divinaque officia de more obeundi, separata tertia ipsorum reddituum parte pro distributionibus quotidianis, tum ejusmodi ecclesiam collegiatam insignem esse in posterum decernas, et pronuncies, omnibus privilegiis, et juribus præditam, quæ aliis in Sicilia ecclesiis collegiatis insignibus legitime competunt.

Erectio beneficiorum, et canonicatum

§. 3. Beneficia etiam minora octodecim, si opes suppetent, aut pauciora, prout in Domino pariter tibi visum fuerit, in ea stabilias: si quos præterea alios canonicatus, et si quæ beneficia minora alia homines divini cultus studiosi de suis facultatibus fundare ea in ecclesia voluerint, jure sibi patronatus ad illa reservato, in tua id potestate prorsus esse decernimus. Ac præter dignitatem prepositi cum animarum cura, quæ certe per concursum conferenda erit ab Panormitanis archiepiscopis; an eodem modo ad canonicatus, et reliqua beneficia, exceptis illis, quæ de jure erunt forte patronatus, sint idonei, et probati viri provehendi, aut alia ratione, ex sanctis canonibus, quæ potior, ac temporis, locoque opportunior videatur, tui id quoque judicii esse statuimus. Illud vero præ cæteris etiam atque etiam te monemus, deque eo gravissime tuam conscientiam oneramus, ut prospicias omnino, caveasque, ne per hanc novam istius ecclesie sancti Nicolai ornandæ inductam formam, is, qui curam sustinet animarum, non habeat, quod sibi honeste, et commode alendo, et paræciæ sibi demandatæ recte administrandæ sufficiat.

Honores concessi canonicis, et dignitatibus.

§. 4. Dignitati porro, et canonicis istius a te instituendæ insignis collegiatæ ecclesie rochetum cum manicis, et mozzettam violacei coloris, beneficiatis vero minoribus rochetum cum manicis laxioribus, et almutiam gerere in choro, in capitulo, in processionibus, atque in omnibus ecclesiasticis functionibus intra fines Thermarum oppidi eadem

auctoritate Nostra apostolica in perpetuum concedas, et indulgeas. Sed acta demum omnia in ista causa ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalium concilii Tridentini interpretum facies, ut perferantur.

§. 5. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostræ apostolicæ auditores, judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. s. mem. prædecessoris Nostræ de divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia junii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostræ anno secundo.

Derogatio contrariorum.

LXIV.

Concessio almutiæ loco cottæ pro canonicis ecclesie sancti Donati terræ Amandulæ Firmanæ diocesis.

Dat. die
3 julii
1801
anno II.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Sacrorum inter indumentorum insignia ad dignitatem divinis officiis comparandam, devotionemque fidelium percipiendam provide, salubriterque instituta semper apostolica Sedes in more habuit quædam iis conferre, qui ministerio ecclesiasticarum antiquitatis celebritatis, aliusve tituli laude pollentium perfunguntur, ut ex ipsis ecclesiis decus accrescat, et ipsarum ministri insignioribus vestibus

Proemium.

ornati forinsecus ad memoria inciten-
tur ornamenta virtutum, quibus tum
in conspectu Domini, qui corda intue-
tur purius adstare, cum oculo ple-
bis cui morum exemplo esse debent
sanctius in dies satagent apparere.

Expositio pro-
cessu.

§. 2. Quum itaque dignitates, et
canonici insignis, ut asseritur, col-
legiatæ ecclesiæ s. Donati terræ Aman-
dulæ, quæ Firmanæ diœcesis ambitu
continetur, exponi nuper fecerint No-
bis dictam ecclesiam ceteris collegia-
tis eadem in diœcesi existentibus
vetustate erectionis præcedere, seque
propterea almutiam supra cottam jam
ex quo dicta collegiata erecta fuit
obtentam adhibentes nunc ut loco
cottæ rocchettum induere possint plu-
rimum cupere.

Tenor conces-
sionis.

§. 3. Nos exponentium votis, be-
nigne annuere volentes, eosque, ac
singulas eorum personas a quibusvis
excommunicationis, suspensionis, et
interdicti, aliisque ecclesiasticis senten-
tiis, censuris, et pœnis a jure vel ab
homine quavis occasione, vel causa
latis, si quibus quomodolibet inno-
datæ existunt, ad effectum præsen-
tium dumtaxat consequendum harum
serie absolventes, et absolutas fore
censentes supplicationibus eorum no-
minæ Nobis super hoc humiliter por-
rectis inclinati fraternitati tuæ per præ-
sentes committimus, et mandamus,
ut quatenus quæ exposita sunt vera
esse comperias, dignitatibus et ca-
nonicis collegiatæ prædictæ, eorum-
que pro tempore successoribus almu-
tiam supra rocchettum loco cottæ,
qua ipsi, ut ajunt, hæctenus usi sunt,
deinceps gestandi, eodemque rocchet-
to, tam in ecclesia, choro, et capi-
tulo, quam in processionibus, aliisque
sacris functionibus, et actibus pu-
blicis libere, ac licite utendi licentiam,
et facultatem auctoritate Nostra apo-
stolica pro tui arbitrio indulgeas,
atque concedas.

Clausula salu-
tates et irri-
tantes.

§. 4. Decernentes eos sic per te,
ut præfertur rocchetto hujusmodi de-
coratos a nullo unquam quacumque
auctoritate, et quovis sub titulo hac
in re molestari, perturbari, impe-
diri quomodolibet posse, ac irritum,
et inane, si secus super his a quo-
quam quavis auctoritate scienter, vel
ignoraater contigerit attentari.

Derogatio con-
suetudinum.

§. 5. Non obstantibus constitu-
tionibus et ordinationibus apostolicis,
nec non memoratæ ecclesiæ, aliis-
Bull. Rom. Tom. XI. F. 63.

que quibusvis etiam juramento, con-
firmatione apostolica, vel quavis fir-
mitate alia roboratis, statutis, et con-
suetudinibus, cæterisque contrariis
quibuscumque. Datum Romæ apud
sanctam Mariam Majorem, sub annulo
piscatoris die tertia julii millesimo
octingentesimo primo, pontificatus
Nostri anno secundo.

LXV.

Facultas canonicis ecclesiæ collegia-
tæ s. Mariæ castri Arguati Pla-
centinæ diœcesis in perpetuum roc-
chettum induendi, et mozzettam
cum caputio coloris violacei, præ-
textam colore, qui lingua vernacula
cremisi appellatur; beneficia-
tis vero mozzettam sine caputio
nigri coloris.

Dat. die
10 julii
1801
anno II.

Venerabili fratri Gregorio
episcopo Placentino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. **I**ter instrumenta divini Proœmium.
cultus numerari etiam sacras vestes,
quas illius ministri ad sacrificium
adhibent, atque ad cætera divina of-
ficia, et ritua, iisque, cum sacro-
rum mysteriorum præstantiam, et
majestatem commendari plurimum,
tam fideliam, qui intersint, men-
tes, atque animos ad pietatem ve-
herentius colligi, et excitari, res
est usu et experientia, et Ecclesiæ per-
petua consuetudine, ac definitione,
comperta, et explorata. Ac fuit sane
tempus, cum illarum vestium splen-
dor quidam fulgentior, et ornatus non
cum multis ecclesiis esset commu-
nis, sed earum proprius dumtaxat,
quæ reliquis dignitate, et auctoritate
antecellerent. Qui sane postea latius
patuit Romanorum pontificum libe-
ralitate, atque indulgentia, ecclesia-
rum scilicet utilitate, ac temporibus
id exposcentibus.

§. 2. His de causis non ægre ani-
mum induximus ad assentiendum vo-
tis, ac precibus dilectorum filiorum

Ratio, et te-
nor concessio-
nis.

capituli, et canonicorum, et beneficiatorum ecclesie collegiate sancte Marie castri Arquate in diocesi tua ista constitute, que et vetustate, et nobilitate nullam aliam intra istos fines preferendam esse sibi contendit, ad quod movemur etiam eo testimonio, quod per amplum illi apud Nos tu venerabilis frater tribuisti. Quamobrem fraternitati tue harum literarum tenore potestatem facimus, ut dignitati, et canonicis quidem supradictae collegiate ecclesie rocchettum cum mozzetta caputio instructa coloris violacei, preterita autem colore eo, qui vernacula lingua cremisi appellatur; beneficiatis vero, seu prebendatis, preter superpelliceum, sive cottam, mozzettam nigri coloris caputii expertem tam intra ipsam ecclesiam, in choro, et capitulo, quam extra in processionibus, et omnibus ecclesiasticis functionibus in oppido castri Arquati gerere auctoritate Nostra apostolica in perpetuum indulgeas.

Decretatio con-
variorum.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. predecessoris Nostri de divisione materiarum, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum illos magnopere adhortaberis, et monebis, ut ejusmodi honoris insignia, quibus intuentium oculos ad se magis pertrahent, invitamenta sibi esse ad vitam, moresque suos omnes ex virtute, accuratius componendas sedulo, et assidue reputent. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima julii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.



LXVI.

Dat. die
15 julii
1801
anno 11.

Concessio canonicis ecclesie cathedralis Recanatensis usus canonis, et lycneoli, et gestationem crucis pectoralis super vestibus choralibus, ac dignitatibus vestem coloris violacei.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Ad apostolicæ dignitatis ^{Praemium.} fastigium, divina favente clementia, meritis licet imparibus constituti, ad ea, per quæ divinus cultus adaugeatur, ac ministri ecclesiastici, qui in Ecclesie Catholicae vicissitudinibus præclarum religionis, et charitatis specimen dederunt novis honoribus et prærogativis decorentur, maxime dum id in majorem eorundem ecclesiasticorum virorum honorem tendere speramus, libenti animo concedere non prætermittimus, prout arbitramur in Domino salubriter expedire.

§. 2. Sane pro parte dilectorum <sup>Expositio pre-
cum.</sup> filiorum modernorum præpositi, et archidiaconi, ac archipresbyteri, et decani, ac canonicorum majoris ecclesie Recanatensis Nobis usper exhibita petitio continebat, quod cum dicta major ecclesia, quæ Deo in honorem divi Flaviani patriarchæ Constantinopolitani dictæ civitatis principis patroni dicata a primis usque sæculis suam trahit originem, prout ex qualitate ipsius structuræ basilicæ vestigia præferentis immemorabilis illius antiquitas concipitur, tum antiquitate illius foundationis, tum celebritate famæ adeo insignis existat, ut primum inter cæteras illarum partium cathedrales ecclesias optimo quidem jure locum sibi vindicare videatur.

§. 3. Ipsa enim episcopalis sedes <sup>Viri præstan-
tes enúmeran-
tur, qui epi-
scopalem hanc
sedem regere
potuerunt.</sup> præclara quamplurimorum antistitum serie, quos inter sex Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales adnumerantur, elucens sui splendoris complementum sumpsit ab administratione, quam de ipsa sede tenuit Gregorius decimus secundus prædecessor Noster, qui post dimissum ab eo libere summi apostolatus officium, cui fuerat assumptus, et legatus Marchiæ, et una si-

mul administrator ipsius Recanatensis ecclesie creatus, apud ipsam Recanatensem ecclesiam semper resedit, et postquam de anno Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo ab hac luce migravit, in prefata majori ecclesia sepultus fuit.

Reliquiæ insignes sanctorum, quæ in ecclesia cathedrali asservantur.

§. 4. In prefata insuper majori ecclesia, a qua Maceratensis, et Laurentana respective episcopales sedes suam ducunt originem, extat cappella, in qua brachium, et ossa prædicti divi Flaviani, ac duodecim sanctorum martyrum corpora, ac quamplurimæ eorundem sanctorum reliquiæ, quarum nonnullæ vere insignes, scilicet particulæ quædam ligoi SSmæ Crucis Domini Nostri Jesu Christi, et præsertim dimidium partis illius particulæ Crucis, quam beatus Petrus martyr in platea præfatæ civitatis Recanatensis verbum Dei ad hæreticos prædicans, ut eos confunderet in medio flammarum iniecit, quæque illæsa remansit, ac una ex ejusdem salvatoris Nostri corona spina, particula vestis iniconsutis, aliaque illius passionis instrumenta a prædicto Gregorio prædecessore Nostro eidem majori ecclesie largita pie decenterque asservantur; nec parum decoris, et honorificentie eidem majori ecclesie superaddidit translatio almæ Domus de Nazareth plurimis usque sæculis inibi mirifice collocata, quæ tunc existentium episcoporum, et capituli, ac canonicorum Recanatensium jurisdictioni extitit obnoxia.

Capituli insignitas, et præstantia.

§. 5. Ipsius autem majoris ecclesie capitulum uno præposite unam præposituram inibi post pontificalem majorem, ac archidiacono, archidiaconatum secundam, et archipresbytero, archipresbyteratam tertiam, ac decano, decanatum quartam inibi dignitates, ac quatuordecim canonicis totidem canonicatus, paresque præbendas, ac quatuor præter duodecim beneficiatorum, seu altaristarum collegium beneficiatis totidem perpetua simplicia, et personalem residentiam requirentia beneficia ecclesiastica in ea respective obtinentibus componitur, qui omnes indulto deferendi scilicet cappam magnam hyemali, æstivo vero temporibus mozzettam violacei coloris apostolica sibi auctoritate concessa gaudentes, dictæ majori ecclesie cum seminarii puerorum ecclesiastici in dicta civitate erecti

alumnis ecclesiasticis functionibus in ea maximo cum decore et majestate celebrare consuetis intervenientibus laudabiliter deserviunt.

Expositio novarum precum

§. 6. Cum autem sicut eadem præposito subjungebat moderni præpositus, et archidiaconus, ac archipresbyter, et decanus, nec non canonici dictæ majoris ecclesie in proximis transactis vicissitudinibus præclarum religionis, et charitatis specimen dederint, quia licet ipsi propriis redditibus pene prorsus orbati, eorum tamen ecclesiam publice omnium christifidelium venerationi patere, propriisque sumptibus omnes sacras functiones, ut antea, exercere, ac insuper omnia alia pietatis, et charitatis opera, quæ in aliis præfatæ Recanatensis ecclesiis tunc in prophanos usus reductis peragebantur, maxima cum populi edificatione, et animarum eorundem christifidelium utilitate adimplere, sacrasque eorundem sanctorum exuvias una cum sacris imaginibus, iconibus, suppellectilibusque quamplurimis ad prædictas ecclesias pertinentes per eos collatos in tutam collocare, ac fideliter diligenterque asservare curarunt, proptereaque attentis præmissis eorum major ecclesia prædicta digna videatur, ut specialibus prærogativis, et gratiarum maneribus individuis illius capitulum componentibus Sedis apostolicæ benignitate largiendis cumuletur. Quare pro parte dictorum modernorum præpositi, archidiaconi, archipresbyteri, et decani, ac canonicorum prædictorum fuit Nobis humiliter supplicatum, quatenus eis in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

§. 7. Nos igitur, qui quantum cum Domino possumus, piis ecclesiasticarum personarum præcipue Altissimo inservientium desideriis libenter annuimus, modernos præpositum, archidiaconum, archipresbyterum, et decanum, ac canonicos prædictos specialis gratiæ favore prosequi volentes, ipsosque, et eorum singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomolibet innodati existant, ad effectum præsentiam tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutes fore censentes, hujus-

Tenor concessionis.

modi supplicationibus inclinati modernis, et pro tempore existentibus præposito, et archidiacono, ac archipresbytero, et decano, ac quatuordecim dictæ majoris ecclesiæ Recanatensis canonicis, ut ipsi, eorumque in dictis dignitatibus, singulisque canonicatibus et præbendis respective successores in missarum etiam solemnium celebratione canonem, et lycneolum, seu palmarium, valgo bugia tam in missis privatis, quam in omnibus aliis functionibus ecclesiasticis adhibere.

De signis in
Cruce referen-
dis.

§. 8. Ac insuper ne tanti, ut præfertur, relati miraculi a præfato divo Petro martyre patrati, memoria pereat, ipsi cruce[m] lamine auri elaboratam a recta ejus parte imaginem Beate Mariæ Virginis supra domum Nazaret sedentis cum epigraphe = Non facit taliter omni nationi = a parte vero inversa divi Flavianii respective imagines præferentem cum epigraphe = protector Noster aspice et respice = juxta formam in calce præsentium delineatam cum cordula serica nigri coloris, non tamen auro intexta de collo ante pectus descendentem, quæ tam forma, quam magnitudine a crucibus episcopalibus differat, et sit absque sacrarum reliquiarum custodia vulgo sepulchrino nuncupata supra vestes chorales, et ubique, non tamen super paramenta sacra deferre.

De vestibus a
dignitatibus
induendis.

§. 8. Ac demum præposito, archidiacono, ac archipresbytero, et decano præfatis tantum, eorumque in præpositura, et archidiaconatu, et archipresbyteratu, et decanatu hujusmodi successoribus prædictis, ut ipsi vestem talarem valgo subthanam sericam æstivo, hyemali vero temporibus laeam violacei coloris cum asulis, et globulis etiam sericis cremesini coloris, ac ornatu vulgo *mostre* pariter serico dicti cremesini coloris super manicis in illius extremitate respective ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus tam in dicta majori ecclesia, quam in illius choro et capitulo, ac inter missarum, et horarum canonicarum diurnarum pariter et nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum celebratione, quam etiam extra præscriptam majorem ecclesiam in processioneibus, aliisque functionibus, et actis capitularibus tam publicis, quam privatis, ac alias

quandocumque, ubicumque, et quotiescumque opus fuerit, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibus conciliis, etiam in præsentia venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium etiam de latere legatorum, et vice legatorum, ac Nostri, et Sedis apostolicæ nunciorum, archiepiscoporum, et episcoporum, et ordinarii etiam proprii respective deferre, et gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant, et quilibet eorum possit, et valeat, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus et indulgemus.

§. 9. Ipsosque modernos, et pro tempore existentes præpositum, et archidiaconum, ac archipresbyterum, et decanum, ac canonicos prædictæ majoris ecclesiæ super præmissis a quocumque quavis auctoritate, et quovis prætextu, colore et ingenio molestari, inquietari, perturbari, vel impediri nullatenus unquam posse, neque debere, ac easdem presentes nullo unquam tempore ex quocumque capite quantumvis juridico et legitimo de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quopiam alio defectu notari, impuguari, vel invalidari, seu per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac Sedem apostolicam prædictam, seu ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios præfatos, vel quosvis alios quavis auctoritate fungentes, seu dignitate, honore, et prærogativa fulgentes revocari, suspendi, limitari, ad viam et terminos juris reduci, seu adversus illos restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris vel facti, justitiæ, vel gratiæ remedium impetrari, aut etiam motu proprio, et plenitudine potestatis concedi, ac illis in aliquo derogari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullo unquam tempore posse, nec illas sub quibusvis similiun[is] vel dissimiliun[is] gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam ut præfertur, vel alias quomodolibet etiam per cancellariæ apostolicæ regulas, aut constitutiones apostolicas pro tempore factis et faciendis comprehendi, sed sem-

Omne remedium juris auferitur, quod retardare posset executionem presentium litterarum.

per ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictos modernos, et pro tempore existentes præpositum, ac archidiaconum, ac archipresbyterum, et decanum, nec non quatuordecim canonicos dictæ majoris ecclesiæ quoadmodum eligenda concessas esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectare poterit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari, eisdem etiam ut præfertur modernis et pro tempore existentibus præposito, ac archidiacono, et archipresbytero, et decano, ac canonicis prædictis semper, et perpetuo suffragari.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

§. 10. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios præfatos iudicari et defini debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum et inane decernimus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 11. Non obstantibus quibusvis etiam in eisdem et aliis conciliis editis, vel edendis specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ majoris ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores ac si de verbo ad verbum, nil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, etiam inserti forent eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expres-

sis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, concessionis indulti, decreti, et derogationis infringere, vel ei auso temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo primo, sexto idus julii, pontificatus Nostri anno secundo.

Sanctio poena
lis.

LXVII.

Dat. die
15 julii
1801
anno. II.

Conventio inter sanctissimum dominum Nostrum Pium papam septimum et gubernium Gallicanum, inita de rebus ecclesiasticis, et temporalibus ditionis pontificiæ, et reipublicæ Galliarum

§. 1. Sanctitas sua summus pontifex Pius VII atque primus consul Gallicæ reipublicæ in suos respective plenipotentarios nominarunt.

Nominatio ple-
nipotentiariorum.

§. 2. Sanctitas sua eñum dominum Herculem Consalvi S.R.E. cardinalem diaconum s. Agathæ ad Suburram suum a secretis status; Josephum Spina archiepiscopum Corinthi, Sanctitatis suæ prælatum domesticum, ac pontificio solio assistentem; et patrem Caselli theologum consultorem Sanctitatis suæ pariter munitos facultatibus in bona et debita forma.

De plenipoten-
tariis pro par-
te sanctæ Sedis.

§. 3. Primus consul cives Josephum Bonaparte consiliarium status, Cretet consiliarium pariter status, ac Bernier doctorem in s. theologia, parochum s. Laudi Andegavensis plenius facultatibus munitos.

Similes pro
parte primi
consulis Gal-
liarum.

§. 4. Qui post sibi mutuo tradita respectivæ plenipotentiariorum instrumenta, de iis quæ sequuntur convenerunt.

Tenor inita-
rum conven-
tionum.

CONVENTIO

Inter summum pontificem
Pium VII. et gubernium
Gallicanum.

De catholica
fidei recogni-
tione in re-
publica Galli-
cana.

§. 5. Gubernium reipublicæ re-
cognoscit religionem catholicam apo-
stolicam Romanam eam esse religio-
nem, quam longe maxima pars ci-
vium Gallicanæ reipublicæ profitetur.

Summus pontifex pari modo
recognoscit eandem religionem ma-
ximam utilitatem, maximamque de-
cus percepisse, et hoc quoque tem-
pore præstolari ex catholico cultu in
Gallia constituto, nec non ex pecu-
liari ejus professione, quam faciunt
reipublicæ consules.

Hæc cum ita sint, atque utrin-
que recognita, ad religionis bonum,
internæque tranquillitatis conservatio-
nem, ea quæ sequuntur inter ipsos
conventa sunt.

ART. I.

De libero exer-
cizio ejusdem
religionis in
Gallia.

§. 6. Religio catholica apostoli-
ca Romana libere in Gallia exercebitur:
cultus publicus erit, habita tamen
ratione ordinationum quoad poli-
tiam, quas gubernium pro publica
tranquillitate necessarias existimabit.

ART. II.

De finibus
diocesium cir-
cumscriben-
dis collatis
consiliis.

§. 7. Ab apostolica Sede, colla-
tis cum Gallico gubernio consiliis,
novis finibus Galliarum dioceses cir-
cumscribentur.

ART. III.

De sacrificiis
excepto ha-
bendis a Gal-
licarum episco-
pis, et eccle-
siarum recto-
ribus.

§. 8. Summus pontifex titulari-
bus Gallicarum ecclesiarum episcopis
significabit se ab iis pro bono pacis
et unitatis omnia sacrificia firma fi-
ducia expectare, eo non excepto quod
ipsas suas episcopales sedes resignent.

Hac hortatione præmissa, si huic
sacrificio quod Ecclesiæ bonum exigit
renuere ipsi vellent (fieri id autem
posse summus pontifex suo non re-
putat animo) gubernationibus Gal-
licarum ecclesiarum novæ circumscri-
ptionis de novis titularibus provide-
bitur, eo qui sequitur modo.

ART. IV.

§. 9. Consul primus Gallicanæ
reipublicæ intra tres menses, qui pro-
mulgationem constitutionis apostoli-
cæ consequentur, archiepiscopos et
episcopos novæ circumscriptionis dice-
cesibus præficiendos nominabit. Sum-
mus pontifex institutionem canoni-
cam dabit, juxta formas relate ad
Gallias ante regiminis commutatio-
nem statutas.

De nominatio-
ne novorum
episcoporum,
et archiepisco-
porum.

ART. V.

§. 10. Item consul primus ad
episcopales sedes, quæ in posterum
vacaverint novos antistites nominabit,
iisque, ut in articulo præcedenti con-
stitutum est, apostolica Sedes cano-
nicam dabit institutionem.

De novis epi-
scopis nomi-
nandis vaca-
tionum tem-
pore.

ART. VI.

§. 11. Episcopi antequam mu-
nus suum gerendum suscipiant, co-
ram primo consule juramentum fi-
delitatis emittent, quod erat in more
ante regiminis commutationem, se-
quentibus verbis expressum.

De juramento
ab episcopis
præbendo.

» Ego juro et promitto ad san-
» cta Dei evangelia obedientiam, et
» fidelitatem gubernio per constitu-
» tionem Gallicanæ reipublicæ statu-
» to: Item promitto me nullam com-
» municationem habiturum, nullo
» consilio interfuturum, nullamque
» suspectam unionem, neque intra,
» neque extra conservaturum, quæ
» tranquillitati publicæ noceat, et si
» tam in diocesi mea, quam alibi,
» noverim aliquid in status-dammum
» tractari, gubernio manifestabo.

ART. VII.

§. 12. Ecclesiastici secundi ordi-
nis idem juramentum emittent coram
auctoritatibus civilibus a Gallicano gu-
bernio designatis.

De juramento
præbendo ab
ecclesiasticis
secundi ordi-
nis.

ART. VIII.

§. 13. Post divina officia in om-
nibus catholicis Gallicæ templis sic
orabitur.

De orationi-
bus recitandis
post divina of-
ficia.

» Domine salvam fac tempu-
» blicam

» Domine salvos fac consules.

ART. IX.

De novarum paræciarum circumscripti-
one.

§. 14. Episcopi in sua quisque diœcesi novas paræcias circumscribent; quæ circumscriptio suum non sortietur effectum, nisi postquam gubernii consensus accesserit.

ART. X.

De nominandis ad paræcias.

§. 15. Iidem episcopi ad paræcias nominabunt, nec personas seligent nisi gubernio acceptas.

ART. XI.

De capitulis, ac seminariis in qualibet diœcesi erigendis.

§. 16. Poterunt iidem episcopi habere unum capitulum in cathedrali ecclesia, atque unum seminarium in sua quisque diœcesi sine dotationis obligatione ex parte gubernii.

ART. XII.

De ecclesiis episcopis restituentis.

§. 17. Omnia templa metropolitana, cathedralia, parochialia, atque alia, quæ non alienata sunt, cultui necessaria, episcoporum dispositioni tradentur.

ART. XIII.

De molestiis non inferendis empiriis honorum ecclesiasticorum.

§. 18. Sanctitas Sua pro pacis bono, felicitique religionis restitutione, declarat eos, qui bona Ecclesiæ alienata acquisiverunt, molestiam nullam habituros neque a se, neque a Romanis pontificibus successoribus suis, ac consequenter proprietatem eorundem bonorum, redditus et jura iis inhærentia immutabilia penes ipsos erunt, atque ab ipsis causam habentes.

ART. XIV.

De sustentatione episcoporum, et parochorum.

§. 19. Gubernium Gallicanæ reipublicæ in se recipit tum episcoporum, tum parochorum, quorum diœceses atque parochias nova circumscriptio complectetur, sustentationem, quæ cujusque statum deceat.

ART. XV.

De novis foundationibus ecclesiarum.

§. 20. Idem gubernium curabit, ut catholicis in Gallia liberum sit, si libuerit, ecclesiis consulere novis foundationibus.

ART. XVI.

§. 21. Sanctitas Sua recognoscit in primò consule Gallicanæ reipublicæ eadem jura ac privilegia quibus apud sanctam Sedem fruebatur antiquum regimen.

De privilegiis fruendis a primo consule apud sanctam Sedem.

ART. XVII.

§. 22. Utrinque conventum est, quod in casu quo aliquis ex successoribus hodierni primi consulis catholicam religionem non profiteretur super juribus ac privilegiis in superiori articulo commemoratis, nec non super nominatione ad archiepiscopatum, et episcopatus respectu ipsius nova conventio fiet.

De nova conventione in casu quo successor primi consulis religionem catholicam minime profiteatur.

§. 23. Ratificationum traditio Parisiis fiet quadraginta dierum spatio. Datum Parisiis die 15. mensis Julii 1801.

De traditione ratificationum

Hercules cardinalis Consalvi.

Joseph Bonaparte.

Joseph archiepiscopus Corinthi.

Cretet.

Fr. Carolus Caselli.

Bernier.



Dat. die
21 Julii
1801
anno II.

LXVIII.

Indulgetur plebano parœciæ vulgo de Fuppiano al Brembo Borgomensis diœcesis, ut titulo præpositi pro se, et successoribus uti valeat.

Venerabili fratri
episcopo Bergomensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Expositio præ-
cum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Sebastianus Milesi, populusque omnis parœciæ sub invocatione ss. apostolorum Philippi, et Jacobi erectæ in loco, qui vulgo Fuppiano al Bembo vocatur, Bergomensis diœcesis, quod ipsi magno desiderio flagrant, ut parochus dictæ parœciæ, qui nomen habet plebani, titulo præpositi nominetur, quem a modum aliarum eadem in diœcesi parœciarum parochi simili, ut asserunt, titulo decorati existant, ad dentes haud se inaniter confidere digniorem hujusmodi titulum allecturum deinceps ad regendam parœciam presbyteros etiam digniores, qui propterea ecclesiæ, et plebi universæ majori erunt utilitati futuri: hinc Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor conces-
sionis.

§. 2. Nos igitur exponentium votis benignæ in Domino annuere, eosque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eosdem a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut constituto tibi de narratis, memoratæ parœciæ moderato parochi seu plebano, eiusque etiam pro tempore successoribus, assumendi nomen, et titulum præpositi, eoque libere ac licite per-

petuis futuris temporibus utendi, et gaudendi licentiam, et facultatem auctoritate Nostra apostolica pro tui prudentia, et arbitrio indulgeas atque concedas.

§. 3. Decernentes has præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiiri, et obtinere, dictoque moderno plebano, ejusque successoribus plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscunque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die vicesima prima Julii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio con-
trariorum.

LXIX.

Confirmatio nonnullarum providentiarum sensim susceptarum in levameo monasteriorum ordinis Cisterciensis.

Dat. die
21 Julii
1801.
anno II.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **C**isterciensium ordinem, qui et originis vetustate, et virtutum splendore, et clarorum virorum copia, et meritorum erga Ecclesiam magnitudine, et præstantia, et famæ celebritate mirifice floruit, omni studio tueri, et ornare Romani pontifices contenderunt. Cui rei testimonio quidem sunt innumera fere, quæ extant de eo ordine ab illis promulgatæ, constitutiones. Atque id prædecessorum Nostrorum exemplum, et si per magnam apud Nos pondus habeat, non eo tamen solum incitatur, ad ejus ordinis congregationem præcipua cura, et benevolentia complectendam, quæ in ditionis Nostræ temporalis regione manet, quæque

Laudes ordi-
nis Cisterci-
ensis.

congregatio inde Cisterciensium provinciae Romanae appellari consuevit; sed ea etiam necessitudine, qua cum ejusmodi familiis copulamur, quae sancti Benedicti legibus vivunt, quae sanctissimam disciplinam sequuntur. Nos ipsi adolescentes fuimus, compluresque annos ad illam adhæsimus, quamdiu nimirum per divinam providentiam licuit; quae sane recordatio incredibilem Nobis delectationem adfert.

Plurimae providentiae in comendatibus huius ordinis singillatim capite enumerantur.

§. 2. Itaque hac mente cum simus, atque animo, non potuimus non benigne admodum eas preces excipere, quas aliquot mensibus ante Nobis detulit dilectus filius Amedeus Piermartinius, qui tunc abbatis praesidentis generalis appellatione, et auctoritate, congregationis illius gubernacula gereret. Itaque decreto, quod per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium negociis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositam re diu, multumque considerata, promulgari fecimus, et ipsi Piermartinio, initium aliquod requiescendi suae adfectae aetati, ac valetudini debitum postulanti, concessimus, utque se gravi munere, quod undecim annos pertulisset, abdicaret, permisimus, ac praeterea, ut parvo monasterio s. Mariae in Vepribus, quod secessum, et solitudinem cogitans, optaret, abbas praesesset; tum, quod Italiae erumnae minime paterentur, capitulum generale totius congregationis legitimo tempore, ac more, institutoque veteri cogere, illius loco substituvimus congregationem dictam pro-definitorialem, ex dilectis filiis compositam ipso Amedeo Piermartinio, Raymundo Giovanninio procuratore tum generali, et abbate s. Mariae in Carinis, Joanne Colombino Fateschio abbate s. Laurentii in Dolio, Angelo Campagna abbate s. Martini, Jacobo Fratinio abbate Vallis-pontis, Amedeo Talonio abbate regiminis, Isidoro Mela abbate s. Mariae in Vepribus, et Bernardo Levissatio, qui esset ejusmodi congregationis secretarius quidem, careret in ea tamen suffragii jure. Atque ei congregationi, quae esset dominica prima post festum pentecostes habenda, facultates omnes necessarias et opportunas, quae definitorio capituli generalis competunt, tum ad supe-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 63.

riores eligendos, atque officiales, tum ad collocandas familias, tum ad reliqua omnia negotia explicanda congregationis Cisterciensium provinciae Romanae, tribuimus, nisi quod nonnulla quaedam excepimus, quae, ut majoris momenti, Nobis ipsis reservanda existimavimus. Itaque dilectis filiis Raymundo Giovanninio praesidis generalis, Joanni Colombino Fateschio procuratoris generalis, Sixto Benignio comprocuratoris generalis munus demandavimus, ac tertium hunc honore abbatis, cum optione ad abbatiam s. Mariae in Carinis, cumulavimus. Id praeterea mandavimus, ut inter patres regiminis, qui a pro-definitorio illo essent de more eligendi, locum haberet unus ex abbatibus trium monasteriorum, quae Romanae provinciae adjunxerat san. mem. Pius pp. VI. per suas literas in forma brevis die xxij. septembris anno MDCCLXXXVI., hancque rationem jussimus non solum in praesens, sed et in futurum deinceps obtinere, sextaque voce augendum patrum regiminis numerum, quamquam alius san. mem. praedecessor Noster Clemens pp. XIII., numerum quinque vocum praescripserit suis literis item in forma brevis, quibus in hac parte expresse derogavimus. Ac si quando accidat, ut in deliberationibus paria hinc inde suffragia extiteriat, tum suffragium praesidis generalis praeponderare decrevimus. Neque his modo terminis Nostras cogitationes, et curam erga congregationem Cisterciensium provinciae Romanae cohibuimus; sed monasterium s. Crucis in Hierusalem hujus Nostrae almae urbis conjunctum, et incorporatum ei congregationi declaravimus; in quo quidem scholas erigi praecipimus pro monachis juvenibus bonarum artium studiis, ac disciplinarum addictis universae provinciae Romanae, promiscue scilicet tam monasteriorum, ex quibus illa constaret ante septembrem mensem anni 1786., quam aliorum trium, per illud tempus ei adjuactorum, prout nimirum ad ea studia habiles juvenes reperientur in quocumque ex iis monasteriis, juxta constitutiones ordinis adprobandi, duosque lectores ad formam earundem constitutionum, decretorumque ultimi capituli generalis adsignari, qui eligendi vero essent, etiam

ex monasteriis tam præexistentibus provinciæ Romanæ, quam adjunctis; et in eodem monasterio s. Crucis residere, tum abbatem localem, tum procuratorem generalem, qui duo ita semper distincti sint, ut nunquam in eadem persona utrumque manus coalescat; ita ut si procurator generalis fuerit unus e monachis præexistentium monasteriorum, abbas esse debeat unus ex monachis adjunctorum, et e converso. Nec obstarè volumus hac in parte literas apostolicas commemoratas in forma brevis sa. me. PII pp. VI. quarum initium = *Sacrosanctum apostolatus* = cum agatur de monasterio provinciæ Romanæ nunc adjuncto, et acquisito; quas porro in cæteris omnibus integre in suo robore permanere pronuntiavimus, quoad promiscuitatem religiosorum omnium tam præexistentium monasteriorum, quam adjunctorum, sine ullo nationum discrimine ad quoscumque alios effectus: certiores facti denique, ipsius monasterii s. Crucis abbatiam vacare, exacto jamdiu nimirum quinquennio dilecti filii abbatis Bagatti cognominati, qui ei fuisset præfectus, quique ab urbe aliquot annos jam abesset, novam hinc electionem abbatis ejus monasterii ad congregationem pro-definitorialem provinciæ Romanæ per Nos constitutam, spectare censuimus, et pronuntiavimus. Hæc certe quamquam omnino stent, neque ulla possint ratione labefactari, et convelli, ac pleraque adeo effecta jam sint, Nostram tamen voluntatem testatorem de iis esse rogari Nos fecit dilectus filius Raymundus Giovanninus abbas nunc generalis præses congregationis Cisterciensium provinciæ Romanæ.

Tenor confirmationis.

§. 3. Itaque ejus facile inducti supplicationibus auctoritate apostolica per has literas Nostras, enumerata superius omnia adprobamus, et confirmamus, præsertim vero de sanctæ Crucis in Hierusalem nuncupat. hujus almæ urbis monasterio. Quod quidem, quatenus opus sit, de integro, harum literarum ipsarum vigore congregationi Romanæ provinciæ addicimus, tradimus, incorporamus, illudque domicilium, et sedem studiorum pro monachis juvenibus omnium monasteriorum cum eorum, quæ antiquitus ad Romanam provinciam pertinerent, tum quæ an-

no 1786. in eam sunt adscita, et duorum abbatum localis, et procuratoris generalis, prout paulo ante explicatum est, volumus, et jubemus deinceps esse.

§. 4. Decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisque pleissime suffragari, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, inque universalibus, provincialibusque ac synodalibus, conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non congregationis commemoratæ, et proviciariam, et monasteriorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima julii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio contrariorum.



Dat. die
24 Julii
1801
anno II.

LXX.

Confirmatio capitulorum editorum pro recta administratione, et gubernio monasterii Cartusianorum Trisulti nuncupati in diœcesi Alatrina.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur
providentia
adhibita pro
incremento,
et incolumita-
te monasterii.

§. 1. **M**onasterii Cartusianorum, quod in saltu est, cui Trisulto nomen in diœcesi Alatrina, incolumitatem, statum, pacem, et otium, Deo adjuvante, Nostrosque conatus, ipsius obsequium, laudemque majorem unice spectantes, provehente, constituimus per literas Nostras in forma brevis, die xiii. martii hujus anni datas, quibus motu proprio, certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, tum egregium virum priorem ei monasterio præfecimus, tum ipsum monasterium, monachos, fratres, familiam, prædia, fundos, bona, et res prorsus omnes sub immediata protectione sanctæ Sedis apostolicæ adscivimus, et recepimus. Lætatos hoc facto vehementer, ac merito esse scimus venerabiles fratres episcopos, qui vicini monasterio sunt, lætata municipia, oppida, atque agros circum ea loca, totam denique gaudio exultasse provinciam, quæ in eo monasterio perægium habeat, ac solatium inopiæ, incitamentum virtuti, ornamatum in secundis rebus, certum apud Deum præsidium in adversis. Reliqua sane erat cura de Cartusianorum monasterio, quod hic Romæ est, beatæ Mariæ Angelorum nuncupato, cujus ædificii pars fæde olim fuit incendio absumpta, cujus fortunæ male multatæ dicuntur, quod magno ære alieno obrutum fertur, in quod se contulit dilectus filius prior generalis ordinis, compluresque una monachi refugerunt, quodque monasterium idcirco ab Trisulti alio, quamvis ipso etiam adfecto multis cladibus, ob communes misérias, magnisque oneribus presso, subsidium, et levamen ingenti convicio flagitaret.

§. 2. Nos, qui sine strepitu forrensi, ac judiciali disceptatione rem transigi malle, atque ita prospiciendum Romano monasterio existi-

maremus, ut ne quod inde incommodum, detrimentumque Trisultiensi monasterio inferretur, jussimus, in hanc quoque cogitationem incumbere dilectum filium Joachimum Tosium presbyterum, notarium apostolicum, substitutum secretariæ Nostræ brevium, et consultorem congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium, et prælatorum, super negocia ecclesiastica deputatæ, Nostrumque ad monasterium Trisultiense delegatum, in cuius fide, atque industria valde acquiescimus. Impigre is quidem Nobis obtemperavit, ac rationem controversiæ inter utrumque monasterium componendæ, mutua cum utriusque utilitate, Nobis proposuit, post colloquia habita cum dilectis filiis priore generali, ac priore Trisultiensis monasterii, qui tum forte Romæ aderat, aliisque peritis monachis, adhibito ad ea secum dilecto filio magistro Dominico Athanasio, quem venerabilis frater Noster Henricus S. R. E. cardinalis episcopus Tusculanus, dux Eboracensis nuncupatus, pro suo in Cartusianorum ordinem, cujus est protector, studio, interesse negotio postulaverat.

§. 3. Ejusmodi Nos rationem, ab ipso delegato Nostro etiam, atque etiam rogati, congregationi venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium, negociis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositæ, examinandam dumtaxat commisimus, deque illa una ut suffragium Nobis expromeret suum, ei injunximus, quo facilius nempe, quod esset opportunum maxime, atque e re monasterii utriusque pateret, certiusque ipsi Nos deinde, quod videretur in Damino expedire, pronunciaremus. Perjucundum fuit profecto Nobis, rationem propositam, et explicatam a delegato Nostro, quæ vel prima fronte Nobis placuisset, sacræ etiam congregationi fuisse probatam, quæ, per dilectum filium magistrum Diomedem Caraffam suum secretarium, sententiam de illa suam, aliquot capitibus comprehensam, et per scriptam, duobus post mensibus, referri Nobis curavit, tenoris, qui sequitur.

Quomodo negotium a sacra congregatione episcoporum, et regularium compositum fuerit narrantur.

Dissidia sub-
orta amicabi-
li transactione
composita fu-
isse exponitur

ARTICOLO I.

Tenor articu-
lorum propo-
sitorum a di-
cti sacra con-
gregatione

§. 4. Delle due certose di Trisulti, e di Roma, se ne formerà in avvenire una sola, incorporandosi il monastero di Roma, e le sue pertinenze alla Certosa di Trisulti, onde questa sarà rispetto a quella, come figlia a madre.

ARTICOLO II.

La Certosa di Roma sarà considerata, come un ospizio di quella di Trisulti, da governarsi da un vicario, che deputerà il priore di Trisulti, il quale avrà la facoltà di destinarvi la famiglia sufficiente al servizio della chiesa, e del monistero.

ARTICOLO III.

Vi avrà la sua abitazione, e decente mantenimento il procuratore generale, acciò possa trattare gli affari del corpo della religione, senza punto ingerirsi però nel governo della casa, e sua amministrazione, e facendovi la permanenza il padre generale, sarà manteauto, e trattato, come richiede il suo grado, e la sua dignità.

ARTICOLO IV.

Dovrà la Certosa di Trisulti adossarsi i pesi annessi, e connessi a quella di Roma, come mantenimento intero degl' individui, sagrestia, fabbrica, e tuttociò, che necessiterà al mantenimento, e manutenzione, tanto degl' individui, che della chiesa, sagrestia, e chiostro.

ARTICOLO V.

Per il risarcimento del chiostro, non dovrà la certosa di Trisulti indugiare a mettervi mano.

Omittuntur cætera, quæ ad rem non pertinent.

Confirmatio
articulorum
propositorum
a sacra con-
gregatione Epi-
scoporum, et
Regularium, et
privilegium
prioribus con-
cessum.

§. 5. Itaque motu proprio, certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, per has literas Nostras, recensitos articulos omnes adprobamus, et confirmamus, eosque inviolabiliter observari præcipimus, et jubemus. Atque ut priores monasterii Trisultiensis, non is modo, qui

nunc est, sed et qui deinceps futuri sunt, quos quidem, quocumque modo id munus vacare contigerit, ab capitulo monachorum illius professorum eligi plane volumus; nullum non habeant, cui rationem accepti, et expensi reddant, eam, ut ipsi capitulo monachorum professorum, quotannis a se hunc ad finem convocando, reddant, iisdem motu, et auctoritate decernimus, et mandamus.

§. 6. Ne quis vero existimet, per privilegium, de quo præfati initio sumus, latendi sub immediata protectione hujus s. Sedis apostolicæ concessum Cartusie domui Trisultiensi, (quod cum hac quidem Cartusie domo Romana, illi incorporata, esse commune factum declaramus,) utramque domum ab reliquo Cartusiano corpore sejunctam, atque distractam esse, id profiteremur Nostrum non esse consilium. Nullum sane jus capitulo generali, seu priori generali Cartusiano esse volumus, de alterutrius domus redditibus quidquam decernendi, aut rationem exquirendi, nullum de familia in alterutra domo collocanda, aut permutanda, nullum etiam priorum Trisultiensis domus, aut illius, vel hujus Romane officialium eligendorum, aut loco movendorum; ac licere illis volumus, monasticæ disciplinæ in utraque domo tuendæ sollicitudinem gerere, atque ad has quoque pertinere, si quæ perfectionis religiosæ profectum respicientia; pro cunctis Cartusianis domibus, ordinanda duxerit vel prior generalis, vel capitulum generale, cui capitulo, quoties convocandum fuerit, priorem Trisultiensem interesse, et suffragium in eo obtinere, quo illustrior adpareat hæc, quam intendimus, membrorum ad reliquam corpus adhæsiō, decernimus, cujus rei etiam causa visitatores ordinis legitimis temporibus ad Trisultiensem, Romanamque domum adire posse, quin tamen eorum adventu prior Trisultiensis domus, atque officiales utriusque petere misericordiam, juxta domesticam ipsorum phrasim, teneantur, nec suspensi ab suo quisque officio maneant; consensu vero ante accepto a delegato Nostrō, neque postea omni ad eum delata: nam nihil interim agi in alterutra domo sine eo permittimus.

Declaratio specialis circa naturam concessi privilegii.

Deputatio executoris apostolici.

§. 7. Nolumus quippe, manum ut de opere suscepto, et adfecto removeat dilectus filius, quem sæpe commemoravimus, Joachimus Tosius delegatus Noster, magna spe freti, quod Deus, quem ille » in omnibus » viis suis cogitat, gressus suos dirigat. Itaque illi committimus, ut has literas Nostras, vel per se, vel per alios sibi probatos viros, publicet, æque ut executioni dentur, opportunis remediis curet, et efficiat, eundemque delegati apostolici officio, et munere præditum, cum omnibus juribus, facultatibus, honoribus, et privilegiis, quæ id officii, ac muneris gerentibus, lege, aut consuetudine competunt, in utriusque monasterii vigilia macere, motu item proprio, scientia, et auctoritate supradictis statuimus.

Præceptum de obediendo statuti, aliisque legibus in præsentibus literis propositis.

§. 8. Mandamus porro in virtute sanctæ obedientiæ, et sub interminatione divini judicii, dilecto filio priori generali Cartusiæ, capitulo generali, monachis commemoratarum domorum, et quibuscumque personis, ad quas spectat, aut spectabit in futurum, etiam expressa mentione dignis, ut ille quidem ne quam partem regiminis, aut administrationis Romanæ domus, ubi hospitatur, attingere præsumat, et ut neque is, neque alius unquam, contra superius statuta a Nobis quidquam audeat, vel moveat, atque omnes prorsus se morigeros præsent, dictumque delegatum Nostrum agnoscant, recipiant, revereantur, eique in omnibus faveant, et præsto sint.

Clausula sublatâ, et decretum irritans.

§. 9. Decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradictis monasteriis, et personis plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S.R.E. cardiales, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus, quatenus opus sit, literis apostolicis san. mem. Pii pp. VI. prædecessoris Nostri

in forma brevis, ejusque rescripto anni MDCCCLXXXIV. super pensione annua a monasterio Trisultiensi solvenda huic Romano, a qua illud penitus exsolvimus, ac literis etiam apostolicis ejusdem prædecessoris diei xiv. maii anni MDCCXC., quarum initium » *Desideriis, quæ ad religionis propositum etc.* » atque aliis, si quæ sunt, harum confirmatoriis, atque aliis diei xiii. martii anni MDCCXCII. *Paternæ charitati etc.* » aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non supradicti ordinis, et monasteriorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum amplissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta julii millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXI.

Instante rege catholico conceditur cancellario ordinis velleris aurei, ejusque successoribus indultum absendi.

Dat. die 7 augusti 1801 anno II.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **P**ermagni referre arbitrat. carissimus in Christo Filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, cancellarium insignis ordinis aurei velleris honore aliquo ecclesiastico amplificare. Quod ut prolixius sit facere, supplicatum Nobis ejus nomine nuper fuit, ut si quod beneficium ecclesiasticum accidat, ei cancellario deferri immunem jam nunc illum declarem residendi lege apud ecclesiam, in qua beneficium erit nactus, neque hunc modo, qui

Ratio concessionis.

in præsens id muneris obtinet, sed et reliquos omnes, qui suscepturi deinceps illud, et gesturi suat. Nam cum apud ipsos Hispaniarum reges commemorari illis necesse sit, æquam videri nuspiam alibi ullo eos nexu detineri.

Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur ad cætera, quæ tam multa, atque illustra jam dedimus erga Carolam regem singularis benevolentia, paternæque prorsus indulgentiæ signa, hoc quoque accedere decrevimus, ut ei, quamquam novum profecto, et inusitatum, inauditumque postulanti ne denegemus, ejus sapientia, et pietate confisi, quod minime ad aliud traduci id unquam patietur. Itaque auctoritate apostolica per has literas Nostras cancellariis ordinis aurei velleris, et nunc, et in posterum, qui beneficio aliquo ecclesiastico personalem residentiam requirente aucti forte fuerint, modo ne curam animarum adæxam habeat, ut quamdiu id cancellarii officium exercebunt, atque hac ratione Hispaniarum regi adesse tenebuntur, nec præsentiam, et operam unam tum regi tum ecclesiæ, cui erunt addicti, impendere poterunt, ut ab hac tuto abesse, etiamsi canonicatus, et dignitas collegiata, vel cathedralis, aut quale demum cumque partum beneficium fuerit, sine ullius noxæ, pœnæve a sanctis canonibus intentatæ incursu valeant, sicque præterea, ut proventus, fructusque omnes cujuscumque generis, et appellationis, etiam distributiones quotidianas, quamvis extraordinarias, et quæ quovis titulo beneficii ipsis jure, si interessent choro, et functionibus sacris, redirent, percipere, et exigere queant, illique vero quorum hæc sit cura, illis præstare omnino debeant, concedimus, et indulgemus.

Derogatio con-
trationum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, inque universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; nec non ecclesiarum superius commemoratarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis,

aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Cæterum non dubitamus quia Carolus rex, cujus eximiam religionem novimus, ejusque successores exemplo illius incitati id secum reputantes, quærendum primum esse regnum Dei, et justitiam ejus unde reliqua omnia adjiciantur, curatos sedulo, ut quam minimum ex ejusmodi privilegio, atque ubi solum necessitas compellat, de divino cultu, atque debito ecclesiis servitio detrahatur, et quæ patres sacrosancti concilii Tridentini divinitus præceperunt, ac tantopere inculcarunt, de residendi obligatione, ea illis ob oculos assidue fore. Id vero Nos velle omnino aperte profiteremur, ut ne beneficium quamquam cogatur abesse cancellarius eo honestatus, suis interim obsequiis fraudetur, utque ejus onera omnia plane supportentur. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima augusti millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo,



Dat die
7 augusti
1801
ante II.

LXXII.

Confirmatio electionis ss. Fabiani, et
Sebastiani in patronos principales
civitatis Cauriensis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quanta cum gratia, quan-
toque amore apud Omnipotentem in
caelis, ubi regnant secari, deque No-
stra solute solliciti sancti pro Nobis
omnibus orare, divinamque Nobis
opem obtinere gestiant, Christifideles
cum ex veteris, novique testamenti
oraculis certum, tum etiam propria
experientia exploratum habentes num-
quam destiterunt, quin in omnibus
rerum suarum vicibus sese eorum-
dem intercessionibus assidue com-
mendarent, ac Deum in sanctis suis
mirabilem experti, et prædicantes
debito etiam venerationis cultu ami-
ces ejus prosequerentur. Quamquam
vero unus idemque Christifidelium
erga beatos caelestis aulae incolae pie-
tatis, ac religionis ardor civitates ta-
men, et nationes pro suo unaquæ-
que studio certum sibi patronum ex
iisdem apud Deum adoptandis præ-
cipuo alios præ aliis cives in felicis-
sima illa, quæ sursum est, Hierusa-
lem adscriptos honore afficere studuit.

Memoratur e-
lectio facta a
communitate,
et hominibus
civitatis Cauri-
ensis.

§. 2. Quamobrem dilecti filii
communitas, et homines Cauriensis
civitatis majorum suorum in inclytos
martyres Fabianum, et Sebastianum
devotionem imitati, atque eorundem
sanctorum apud Deum patrocinium
in dies sibi potentissimum experti
Nobis nuper exponi fecerunt, se ad
laudatorum Christi athletarum cul-
tum augendum, et venerationem
magis firmandam maximo desiderio
flagrare, ut electionem eorundem
martyrum in protectores principales
sux civitatis juxta præscriptum fel-
rec. Urbani pp. VIII. prædecessoris
Nostrî anno MDCLIII. cunctis suf-
fragiis habitam, atque per literas
tunc existentis episcopi Cauriensis
confirmatam servari, festumque eo-
rundem sanctorum quotannis etiam
in posterum tamquam patronorum
principalium celebrari concedere, alia-
que, ut infra, indulgere de benigni-
tate apostolica diguaremur.

Bull. Rom. Tom. XI. F. 63.

§. 3. Nos igitur qui nihil libentius,
nihil studiosius curare debemus, quam
ut præclara caelestium civium merita
pio, religiosoque cultu honorentur,
specialemque ipsis exponentibus, qui
super præmissis venerabilis fratris
moderni episcopi Cauriensis et con-
sensum obtinere curent, gratiam fa-
cere volentes, et eorum singulares
personas a quibusvis excommunicatio-
nis, et interdicti, aliisque ecclesiasti-
cis censuris, sententiis, et pœnis
quovis modo, et quacumque de cau-
sa latis, si quas forte incurrerint, hu-
jus rei gratia absolventes, et absolutos
fore censentes, hujusmodi supplica-
tionibus inclinati, omnibus, et sin-
gulis utriusque sexus Christifidelibus
prædictæ civitatis Cauriensis, ut quo-
tannis festum ss. martyrum Fabia-
ni, et Sebastiani tamquam patrono-
rum principalium ejusdem civitatis
ex præcepto Ecclesiæ recolant, au-
toritate apostolica tenore præsentium
concedimus, et indulgemus, ac om-
nibus, et singulis tum sæcularibus
tum regularibus utriusque sexus, qui
horas canonicas recitare tenentur illo-
rum officium, et missam cum octa-
va in posterum etiam de præcepto
recitent, et celebrent auctoritate, et
tenore prædictis injungimus, atque
mandamus.

Confirmatio
apostolica

§. 4. Non obstantibus constitu-
tionibus, et ordinationibus apostolicis,
et quatenus opus sit dictæ civitatis con-
suetudinibus, privilegiis, indultis, et
litteris apostolicis in contrarium quo-
modolibet concessis approbatis, et in-
novatis. Quibus omnibus, et singu-
lis pro hac vice tantum, et ad hunc
dumtaxat effectum specialiter, et ex-
presse derogamus, cæterisque contra-
riis quibuscumque. Datum Romæ apud
sanctam Mariam Majorem sub an-
nulo piscatoris die septima augusti
millesimo octingentesimo primo, pon-
tificatus Nostrî anno secundo.

Derogatio con-
trariorum.

Dat. die
5 augusti
1801
anno II.

LXXIII.

Confirmatio protectionis congregationis clericorum discalceatorum ss. Crucis et Passionis D. N. J. C. et prorogatio muneris consultoris generalis ejusdem congregationis favore episcopi Macerateasis usque ad generale capitulum.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam,

Proemium.

§. 1. **G**ravissimas inter curas, et sollicitudines, quibus quotidie difficillimis hiæce temporibus distinemur, ac premimur, libenti animo oblatas occasiones arripimus paternam Nostram dilectionem patefaciendi erga sacras familias, quæ, sæcularibus rebus abdicatis, se divino servitio manciparunt. Hæc siquidem dum Christo duce in penitentia castris militare contendunt magisque satagunt, ut per bona opera certam suam vocationem, et electionem faciant, dignæ profecto Nobis videntur, quibus apostolicæ Sedis præsidio, et auctoritate, quoties opus sit, consulatur.

Expositio præcum.

§. 2. Cum itaque dilectus filius præpositus generalis, et universa congregatio clericorum discalceatorum ss. Crucis, et Passionis Domini Nostri Jesu Christi nuncupatorum supplices apud Nos institerint, ut exempla sequuti tum felicitis recordationis Clementis XIV., tum sanctæ memoriæ Pii VI. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, se sub speciali Sedis apostolicæ protectione suscipere; cumque Nos enixis precibus insuper postulaverint, ut venerabilis frater Vincentius Maria Strambi a sancto Paulo, quem nuper ecclesiis invicem perpetuo canonice unitis Macerateasi, et Tolentinati præfecimus, confirmetur auctoritate Nostra in munere primi consultoris generalis prædictæ congregationis ad proximum usque generale capitulum, atque pariter cum facultate ferendi suffragii eidem interesse possit.

Tenor connectionis.

§. 3. Nos igitur ipsius præpositi generalis, et totius congregationis desiderii annuere volentes, eumque, et ejus congregationis alamos uni-

versos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium universam eorum congregationem, et personas eidem modo addictas, et in posterum addicendas cum suis domibus ubilibet constitutis, quas nunc possideant, et possidebant in posterum, sub speciali Nostra, et Sedis apostolicæ protectione recipimus, et perpetuo constituimus: nec non ad alteram etiam partem quod spectat, eorum votis inclinati apostolica Nostra auctoritate præfatum venerabilem fratrem Vincentium Mariam Strambi a sancto Paulo Macerateasium, et Tolentinatum episcopum confirmamus ad futurum usque generale capitulum in officio primi consultoris generalis sæpèdictæ congregationis cum omnibus juribus eidem officio competentibus ita, ut in generali capitulo proxime congregando, adesse, et suffragium ferre possit, si velit.

§. 4. Decernentes præsentis literas etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu quomodolibet habere prætendentes ad illa vocati, citati, et auditi non fuerint, nec illis consenserint, aut ex alia quacunque causa, occasione, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ defectu notari, aut impugnari posse, ac si secus super his a quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus apostolicis quorumcumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, ac etiam in synodalibus, provincialibusque, et universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus: nec non Macerateasium, et Tolentinatum respective ecclesiarum, ac congregationis prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis

Derogatio contrariorum.

quòque indultis, et literis apostolicis tam ecclesiis præfatis, quam congregationi hujusmodi, et quibusvis personis per quoscumque Romanos pontifices prædecessores Nostros, et apostolicam Sedem sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus decretis in genere, vel in specie etiam scientia, et potestatis plenitudine similibus concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, præsentis pro expressis habentes illis alias in suo robore permanentis ad effectum validitatis præmissorum hac vice dumtaxat harum serie specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poena
lis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, receptionis, constitutionis, confirmationis, facultatis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere; vel ei ausu temerario contrariere; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo primo, nonis augusti, pontificatus Nostri anno secundo.



LXXIV.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis Galliarum communionem, et gratiam Sedis apostolicæ habentibus, committitur, ut sedes quas tenent resignent, ut fieri locus possit novæ circumscriptioni diœcesum a primo Galliarum consule volita, et a sancta Sede probata.

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres
Salutem, et apostolicam
benedictionem

§. 1. **T**am multa, ac tam præclara ea sunt, quibus vos cum generatim universi, tum singillatim singuli da catholica religione benemeriti estis, ut eam ob causam peculiaribus admirandæ virtutis testimoniis omni jure a Nobis, atque a Pio Sexto fel. rec. decessore Nostro amplissime semper commendati fueritis.

Laudes venerabilium fratrum.

§. 2. Quamvis vero magna, atque gloriosa ea fuerint, quæ ad Ecclesiæ, ac fidelium utilitatem a vobis adhuc sunt gesta; tamen rationes temporum vobis significare Nos cogunt, vos nondum eum meritorum, et gloriæ cursum absolvisse, ad quem divinæ providentiæ consilia vestram virtutem his temporibus reservaverunt. Majora, venerabiles fratres, sacrificia prioribus, quibus tum illustrati estis, addenda restant, amplioribus meritis superiora vestra in catholicam Ecclesiam merita cumulanda sunt. Conservatio unitatis sanctæ Ecclesiæ, restitutio catholicæ religionis in Gallia novum nunc a vobis documentum virtutis, atque animi magnitudinis postulant, ex quo universus orbis magis, magisque intelligat sanctissima illa studia, quibus in Ecclesiam flagratis, non ad vestrum, sed ad Ecclesiæ bonum unice, ac vere esse conversa. Dimittendæ a vobis sponte episcopales vestræ sedes sunt; eademque in manibus Nostris libere resignandæ. Magnum istud quidem est, venerabiles fratres; verumtamen hujusmodi, ut necessario, et postulandum a Nobis, et a vobis ad Ecclesiæ res in Gallia componendas præstandum sit. Intelligimus sane quan-

Declaratur magnitudo novi operis ab eis præstandi.

ti stare debeat amari vestro eas oves relinquere, quas semper carissimas habuistis, in quarum salute procuranda tantas curas impendistis, quibus vel absentibus tanta sollicitudine prospexistis. Verum quo acerbius erit hoc sacrificium vobis, eo etiam Deo erit acceptius, ab eoque par dolori vestro, par largitati ejus erit a vobis retributio expectanda. Ad hoc igitur ei alacriter offerendum Nos quanta maxima possumus animi Nostrae contentione virtutem vestram excitamus; hoc ut forti, promptoque animo ad unitatis conservationem consumetis per viscera Domini Nostrae Jesu Christi vos rogamus, obsecramus, obtestamur.

Litteras libere
abdicationis
expectat pon-
tifex ab omni-
bus.

§. 3. Cognitio singularis doctrinae, ac spectatae virtutis, quam difficillimis Ecclesiae temporibus semper in vobis demirati sumus, illud certo pollicetur Nobis, vos litteras liberae hujus abdicationis vestrae statim ad Nos esse missuros; nec suspicari Nos sinit, quempiam ex sapientibus, ac virtute spectatissimis ecclesiarum Gallicarum pastoribus moram ullam vel minimam interpositorum; sed prompto, atque constanti animo pateris suasionibus Nostris obsecutorum praeclearo s. Gregorii Nazianzeni in episcopatu Constantinopolitano deponendo sibi exemplo proposito. Et vero in ea rerum conditione, in qua constituti sumus, qui suspicandi locus Nobis esse possit, aliquem ex vobis suasionibus, ac precibus Nostris restitutam, si illud recordetur quod et sensit continenter Ecclesia, et sanctus Augustinus contra Cresconium » lib. XI. inculcavit: Neque episcopi » propter nos sumus, sed propter eos, » quibus verbum, et sacramentum » Dominicum ministramus: ac per » hoc ut eorum sine scandalo guber- » nandorum sese necessitas tulerit, » ita vel esse, vel non esse debemus, » quod non propter nos, sed propter » alios sumus. » Scitis enim vos, venerabiles fratres, multos spectatissimos Ecclesiae antistites, ut huic Ecclesiae rationi se conformarent, ad

unitatem servandam, sponte dimis-
se sedes suas, ac pene trecentos epi-
scopos catholicos paulo ante celebra-
tissimam collationem Carthaginiensem palam esse professos, paratos se
esse, atque adeo ad hoc se teneri ar-
bitrari, nimirum episcopatu se abdi-
care, si ad tollendum schisma Dona-
tistarum ipsorum abdicatione judica-
retur prodesse (1). Haec profectio
exempla ante oculos habuerunt, at-
que eadem haec consilia mente con-
ceperunt plurimi etiam ex vobis, ve-
nerabiles fratres, qui Pio VI. fel. rec.
decessori Nostrae suis litteris iii. maii
anni 1791 professi sunt paratos se,
promptosque ecclesias dimittere, si
id religionis bonum postularet. Quod
sapientissimus ille pontifex summæ
ipsorum episcoporum laudi tribuit (2).
Nec defuerunt ex vobis postremis
hisce etiam temporibus, qui id ipsum
se libenter facturos etiam Nobis suis
litteris significaverunt, si ad religio-
nem in Gallia conservandam neces-
sarium videretur. Cum igitur nunc in
ea vere tempora incidimus, in qui-
bus libera sedium vestrarum abdicatio
omnino ad catholice religionis
bonum necessaria sit, minime dubi-
tare possumus, quia hoc obsequium
Deo praestituri sitis, novumque hoc
sacrificium oblatum, ad quod ei of-
ferendum et vos teneri cogoscitis,
et si id Ecclesiae utilitas postulet, jam-
peidem tanta cum laude paratos vos
esse professi estis.

§. 4. Certi igitur pro ea opinione
quam religionis, et virtutis vestrae
semper habuimus, vos lectis epistolis
Nostris, ad augenda vestra in Eccle-
siam promerita, ad ejusque unitatem
in Gallia conservandam, nulla cuncta-
tione interposita Nostris hortationi-
bus plena docilitate obsecuturos, gra-
tulamur primum immortalem illam
gloriam, quæ tam praeclearum hoc
virtutis, religionis, ac obsequii testi-
monium, quod nunc a vobis Eccle-
siae universae dandum est, erit con-
secutura. Tanta siquidem ea erit, ut
cæteris laudibus vestris, quas tot pe-
riculis subeundis, tot calamitatibus

Quantum lau-
dis singulis ob-
veniet a libe-
ra hac abdi-
catione signi-
ficat.

(1) August. in lib. de gest. cum
emerito. acta collat. Carthag.
tom. I. concil. Balutii

(2) In folio facultatum concessa-
rum die 29. septemb. 1791. ar-
chiepiscopis Lugdunensi, Pa-
risiensi, et Viennensi etc.

tanta constantia, perferendis pro religione in ecclesiis vestrae fidei concreditis conservanda promeriti estis, longe erit anteferenda. Siquidem quod idem s. Augustinus in epistola ad Castorium scribit » longe » gloriosius est episcopatus sarcinam » propter Ecclesiae vitanda pericula » deposuisse, quam propter regenda gubernacula suscepisse (1). » Gratulamur deinde vobis amplissima illa praemia, quae sacrificium hoc vestrum apud bonorum remuneratorum Deum vobis erit promeriturum » Non enim (ut memoratus idem s. Gregorius Nazianzenus scribit) Dei quaeque jacturam facient qui thronis cesserint, sed supremam cathedram habebunt his multo sublimiorem et tutiorem » (2). Gratulamur denique considerantes quam multis utilitatibus emulabunt sacerdotium universum memoranda haec exempla animi nihil de suis, sed tantum de iis, quae Dei, atque Ecclesiae sunt, laborantis, haec documenta obedientiae, humilitatis, fidei, omnis denique episcopalis sanctitatis, quibus exitum episcopatus vestri eritis coronaturi. Obstruet haec virtus vestra profecto mendacia ora obtractatorum sacerdotum, qui nihil aliud in sanctuarii ministris, nisi fastum, cupiditatem, superbiam inveniri calumniantes comminiscuntur. Nova ista laus qua illustrabimini extorquebit vel ab invitis admirationem virtutis, qui illud facteri de Ecclesia cogentur, quod idem s. Augustinus in citata epistola ad Castorium praedicat » esse in visceribus » ejus qui non sua quaerunt, sed quae » Jesu Christi ».

Præfinitio temporis ad responsum in scriptis dandum.

§. 5. Cogimur, urgente temporum necessitate, quae in hoc etiam in Nos vim suam exercet, significare vobis omnino necesse esse Nobis saltem intra decem dies iis responsum e scripto dari a vobis, idque responsum ei tradi, a quo eae literae Nostrae vobis reddentur, quas ipsas accepisse vos authentico documento certos Nos facere debebitis. Illud etiam, iisdem urgentibus causis, vobis significandum est, nimirum responsum quod iis literis Nostris daturi eritis absolutum omnino esse debere, non

autem dilatorum; ita ut nisi intra decem dies absolutum responsum dederitis, (cujusmodi ut mittatur a vobis etiam atque etiam postulamus) etiamsi literis dilatoriis Nobis responderitis, perinde cogemur habere vos, ac si obsequi postulationibus Nostris recusaretis.

§. 6. Quod sane minime factum iri a vobis sperare Nos facit cum conservandae religionis, pacisque Ecclesiae universae conciliandae desiderium, quo mirifice flagratis, tum vestra ista quae propria filiorum est pietas, debitumque obsequium in Nos, istudque studium, quod semper praetulistis in tanta curarum mole, qua premimur, auxilia virtutis vestrae infirmitati Nostrae suppeditandi. Quia imo pro certo habemus vos prompto, libentique animo monitis Nostris obsecuturos, quibus ad Ecclesiae bonum constituendum tanta animi contentione praeire cogimur virtutem vestram. Praesertim cum vos, qua estis sapientia, cognoscere debeatis, renuentibus vobis obsequi postulationibus Nostris, ne unitati conservandae catholicae religionis, Ecclesiae tranquillitati restituendae obstacula ulla per Nos in Gallia opponantur (dolenter dicimus, sed tamen tanto impendente rei christianae periculo a Nobis omnino est dicendum) ad ea necessario a Nobis veniendum fore, quibus et omnia impedimenta tolli, et ad tantum boni consequi omnino religio possit.

Renuentibus aliquibus sedes abdicare, impedimenta tollere velle pontifex declarat.

§. 7. De Nostro quidem studio, ac benevolentia qua semper vos, venerabiles fratres, complexi sumus, de opinione ac ratione, quam cum virtutis, tum dignitatis, ac meritorum vestrorum semper habuimus, ita vos persuasos esse arbitramur, ut minime necessarium putemus pluribus explicare vobis nihil praetermissum fuisse a Nobis, quo tantam doloris acerbiteriam a vobis prohiberemus. Verumtamen magno cum dolore fatendum est nullas Nostras sollicitudines, nullos labores pares resistendo temporum necessitati fuisse, cui parere omnino coacti fuimus, ut per sacrificium hoc vestrum catholicae religioni prospiceretur. Haec aequa

De necessitate expetite abdicacionis.

(1) August. ep. 69. edit. Maurin.

(2) Orat. 32. tom. I. opp. edit. Bally.

lance ponderantes injuriosius de religione vestra sentiri vi essemus, si illud de vobis statuissimus, vos rationes vestras Ecclesie conservationi, atque utilitatibus fore prelaturos, illudque oblituros, quod s. Augustinus Africanorum episcoporum nomine ad Marcellinum tribunum scripsit, cum paratos antistites illos esse ad episcopatum dimittendum testatus est:

» Quid enim dubitamus Redemptori
 » Nostro sacrificium istius humilitatis offerre? An vero ille de caelis
 » in humana membra descendit, ut
 » membra ejus essemus: et nos ne
 » ipsa ejus membra crudeli divisione
 » laqueantur de cathedra descendere
 » formidamus? Propter Nos nihil sufficientius quam christiani fideles,
 » et obedientes sumus. Hoc ergo semper sumus, episcopi autem propter
 » christianos populos ordinamur. Quod
 » ergo christianis populis ad christianam pacem prodest, hoc de Nostro episcopatu faciamus. Si servi
 » utiles sumus, cur Domini aeternis lacris pro Nostri temporalibus sublimitatibus invidemus? Episcopalis dignitas fructuosior Nobis erit,
 » si gregem Christi deposita magis collegerit, quam retenta disperserit. Nam qua fronte in futuro sacculo promissam a Christo sperabimus honorem, si christianam in hoc seculo noster honor impendit unitatem? (1).

Conclusio.

§. 8. Cum igitur minime dubitemus, quia pro explorata vestra religione ac sapientia, vos Ecclesie rationibus, ac fidelium utilitati consulturi sitis, Deum optimum maximam rogantes, ut confirmet virtutem vestram, quo alacrius, ut hilares datores decet, hoc tantum munus ei offerre possitis, ac pollicentes vobis Nos, quantam in Nobis erit, omni studio caraturos, ut meliori qua fieri possit ratione vobis prospiciatur, apostolicam benedictionem pignus paternae charitatis Nostrae peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta augusti millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

(1) Epist. 28. tom. II. opp. edit. Maurin.

LXXV.

Dat. die
 15 augusti
 1801
 anno II.

Monita ad episcopos, archiepiscopos, et alios rectores ecclesiarum Gallicarum super nova distributione dioecesium.

Pio Vescovo

Servo de' servi di Dio

A perpetua memoria.

§. 1. La Chiesa di Gesù Cristo, che l' evangelista Giovanni vidde discendere dal Cielo da Dio come la città santa, la nuova Gerusalemme, ripete principalmente la sua stabilità, e gli altri pregi, di cui la medesima è fornita, non solo dall' esser santa, cattolica, ed apostolica, ma dall' essere anche una, e fondata sopra la solidità di un solo fondamento. Dalla ferma, e costante unione di tutte le membra della Chiesa nella medesima fede, nei medesimi sacramenti, nei medesimi legami della carità, e nella soggezione, ed ossequio di tutti al capo legittimo, nasce tutta quella forza e bellezza, per cui il di lei corpo mistico spicca con tanta sua gloria, e si rende tanto rispettabile. Quindi il nostro Redentore avendo voluto che questo principal pregio, e veramente singolare fosse proprio, e si conservasse fino alla consumazione de' secoli nella medesima Chiesa, da lui acquistata col proprio sangue, pregò per lei prima di ritornare al suo padre con quelle memorabili parole.

» Padre santo custodisci quelli, che
 » hai a me consegnati, affinché siano una sola cosa come noi,
 » che siano tutti una sola cosa, come
 » tu sei in me, o Padre, ed io in
 » te, che siano anch' essi una sola
 » cosa in noi ».

§. 2. Considerando Noi tali cose, appena per imperscrutabile consiglio della divina provvidenza fummo, benchè indegni, innalzati alla sublimità del supremo apostolato, rivolgemmo i Nostri occhi al popolo di acquisto, solleciti di conservare l'unità mediante il vincolo della pace, e fissando il Nostro sguardo principalmente sulla Francia, che per molti secoli è stata sommamente illustre per la vastità delle provincie, per la

Luget. pontifex super arumnis ecclesie Gallicanae tempore perturbationum pervasis.

grandezza della popolazione, e per la gloria della religione, fummo penetrati dal più gran dolore nell'osservare, che quelle provincie, le quali per tanto tempo avevano formato l'onore, e la delizia della Chiesa, erano state in questi ultimi tempi sconvolte da tali interne perturbazioni, che n'era quindi derivato alla religione un gravissimo danno, a riparare il quale tante e sì grandicure aveva impiegate il Nostro predecessore Pio VI. di santa memoria. Noi qui non vogliamo con rammentare i mali, riaprire quelle ferite, che la divina provvidenza ora si affretta di risanare. Ai quali mali desiderando Noi sommamente di apprestare coll'ajuto della divina grazia gli opportuni rimedi, protestammo già da qualche tempo nelle apostoliche Nostre lettere del 15 di maggio dello scorso anno, scritte a tutti i vescovi, » che niente di più desiderabile ci » potrebbe accadere, quanto il dare » la vita per i Nostri figli, che sono » i popoli della Francia, se la loro » salvezza si potesse acquistare col » prezzo della Nostra vita.

§. 3. Mentre ad impetrare dal padre delle misericordie queste cose erano dirette le incessanti Nostre preghiere, e le lagrime sparse nel maggiore affanno del Nostro animo, il Dio d'ogni consolazione, il quale ci consola in tutte le Nostre tribolazioni, ricordandosi della sua misericordia, si compiacque di aver compassione del Nostro dolore, e con un tratto ammirabile della sua provvidenza all'improvviso ci aprì la strada, onde poter riparare mali tanto grandi, e ristabilire di nuovo l'unità della Chiesa, e la carità, che si era sforzato di sciorre, e distruggere l'antico nemico del genere umano, seminando la zizania sopra il mistico campo della Chiesa.

§. 4. Imperocchè quel Signore, che è ricco in misericordia, e che ha disegni di pace, e non di afflizione, accese il medesimo desiderio d'imporre fine a questi mali nell'animo dell'illustre personaggio, che sta presentemente a capo del governo della repubblica francese, onde col di lui ajuto, ristabilita la religione nell'abbondanza della pace, quella guerriera nazione fosse richiamata all'unico centro della fede.

§. 5. Appena il carissimo figlio Nostro in Cristo Napoleone Bonaparte primo console della repubblica francese ci notificò, che avrebbe gradito d'intraprendere un trattato, per mezzo del quale coll'ajuto di Dio si ristabilisse felicemente nella Francia il culto della religione, rendemmo grazie a Dio, dalla di cui misericordia Noi unicamente riconoscevamo un sì grande beneficio. Quindi per non mancare al Nostro dovere, ed ai desiderj del primo console, spedimmo colla maggior celerità il venerabile fratello l'arcivescovo di Corinto ad intraprendere il trattato di questo grande affare. Ed essendo questo giunto in Parigi, dopo varie reciproche discussioni, finalmente ci spedì alcuni articoli, che erano stati a lui proposti.

§. 6. Ci applicammo in seguito di ciò con tutta la diligenza all'esame dei medesimi articoli, e volemmo sentire ancora il parere di una congregazione di venerabili Nostri fratelli cardinali della S. R. C., i quali adunatisi spesso alla Nostra presenza, ed in voce, ed in iscritto ci manifestarono il loro sentimento sopra tutto questo affare.

§. 7. Siccome poi in una cosa di tanta importanza, credemmo dovere principalmente procurare, come era conveniente, di seguire le orme de' pontefici Nostri predecessori, perciò richiamando alla Nostra memoria ciò, che dai medesimi era stato operato in casi straordinarij di circostanze malagevoli, in cui alcune grandi nazioni erano state sconvolte con gravissime interne perturbazioni, trovammo essere accadute molte cose scabrose, e luttuose, che potevano in qualche maniera servir di norma alla condotta da tenersi da Noi.

§. 8. Conosciuto dunque il sentimento della sopradetta congregazione de' venerabili Nostri fratelli i cardinali della S.R.C., dopo avere il tutto maturamente considerato, determinammo di acconsentire alla proposta convenzione in quella maniera che da Noi si poteva, e di stendere l'apostolica Nostra podestà a tutte quelle cose, che le straordinarie circostanze de' tempi, ed il bene della pace, e della unità della Chiesa richiedevano da Noi.

§. 9. Che anzi sì grande fu il Nostro desiderio di richiamare con

Primum consulem tractatum inire vel se declarat.

Votum congregationis cardinalium super materia exquiritum.

Predecessorum exempla sectata.

Resolutio congregationis deputate.

De novi pleni potentiarum no

Quomodo malis subveniendum sit ostendit.

Idem ut supra

minatione, et
inissione ad
explicandos
initia conven-
tionis termi-
nos.

felice successo la Francia alla unità della santa Sede, che essendo stati avvertiti, che ad alcune formole della proposta convenzione rispedita da Noi al ven. fratello l'arcivescovo di Corinto, si davano delle interpretazioni, per cui sembravano non essere adattate alle circostanze della repubblica francese, e perciò potevano arrecare qualche ritardo alla desiderata unione, ne risentimmo un incredibile cordoglio, e determinammo di mandare a Parigi il diletto in Cristo figlio Nostro Ercole di s. Agata alla Suburra diacono cardinale Consalvi, e Nostro segretario di stato, il quale (per essere uno de' cardinali nella congregazione da Noi consultata, e perchè il di lui impiego l'obbliga ad essere continuamente al Nostro fianco) poteva ottimamente spiegare il senso delle espressioni contenute nella convenzione, ed i veri sentimenti dell'animo Nostro, e gli accordammo eziandio la facoltà di potere, quando lo esigesse la necessità, nelle sopraddette formole fare quelle mutazioni, le quali conservando intieramente la sostanza delle cose da Noi stabilite, rendessero più spedita l'esecuzione delle medesime, ed appianassero la strada a conchiudere più facilmente la convenzione.

Idem ut supra

§. 10. Le quali cose da Noi commesse, essendo state col divino ajuto felicemente eseguite, e quindi dal medesimo insieme col venerabile Nostra fratello l'arcivescovo di Corinto, ed il diletto figlio fr. Carlo Caselli ex-generale dell'ordine de' Servi di Maria per Nostra parte, e dai diletti in Cristo figli Giuseppe Bonaparte, ed Emanuele Cretet consiglieri di stato, insieme col diletto in Cristo figlio sacerdote Stefano Bernier parroco di s. Land d'Angers per parte del governo francese, essendo stata sottoscritta una convenzione in Parigi fra Noi, ed il medesimo governo della Francia; fu in seguito la medesima esaminata con ogni diligenza da Noi, inteso anche il parere dei venerabili fratelli i cardinali della S. R. C., ed essendo stata ritrovata tale da poter esser confermata colla Nostra approvazione, Noi troncando ogni altro indugio per mezzo di queste lettere apostoliche pubblichiamo tutte quelle cose, che sono state stabilite, e concesse da Noi per ottenere il bene

della religione, e la conservazione dell'interna tranquillità della Francia, e per sollecitare il conseguimento di quella unità e pace da tanto tempo desiderata, della quale la s. Chiesa venga a gioire, e a rallegrarsi nel Signore.

§. 11. E primieramente dal governo francese si è fatta la solenne dichiarazione, di riconoscere cioè, che la religione cattolica apostolica Romana è la religione, che viene professata dalla massima parte de' cittadini francesi. Ed in eguale maniera Noi abbiamo riconosciuto, che la medesima religione ha ricavato, ed attende anche al presente un grandissimo vantaggio, e lustro dallo stabilimento del culto cattolico in Francia, come dalla particolar professione, che ne fanno i consoli della repubblica.

§. 12. Le quali cose essendo così, prima di ogni altra cosa è stato stabilito, che nella Francia la religione cattolica apostolica Romana si eserciti liberamente. E' stato stabilito ancora, che il di lei culto sia pubblico, avuta però ragione dei regolamenti di polizia, che il governo stimerà necessari per la pubblica tranquillità.

§. 13. Inoltre, siccome si è riconosciuto sommamente necessario il pensare alle sedi vescovili, quindi, avendoci il governo francese fatto conoscere, ch'egli desiderava, che fosse fatta una nuova circoscrizione delle diocesi della Francia, sarà da Noi di concerto col medesimo fatta una tal nuova circoscrizione, la quale di reciproco consenso sarà effettuata in maniera tale, onde resti provveduto alle spirituali necessità de' cattolici.

§. 14. E perchè tanto per cagione di questa nuova circoscrizione, quanto per altri urgentissimi motivi debbono allontanarsi tutti gl'impedimenti, che potrebbero ostare al compimento di un'opera sì grande, perciò Noi giustamente persuasi, che i vescovi titolari delle chiese francesi siano nella disposizione di fare per la religione qualunque sacrificio, ed anche quello della dimissione delle proprie sedi (che già moltissimi di loro spontaneamente offerirono fino dal giorno 3. di maggio dell'anno 1791. con lettera, di cui non si può mai fare un sufficiente elogio, diretta al

De professione
catholicae
fidei in Gallia

De libero exercitio religionis
catholicae.

De circumscriptione
diocesisum.

De sacrificiis
ab episcopis,
archiepiscopis,
et aliis Ecclesiarum
rectoribus faciendis.

Nostro predecessore Pio VI. di santa memoria) Noi per mezzo di Nostre apostoliche lettere piene di pastorale sollecitudine esorteremo i sopraddetti titolari a provvedere alla pace, ed unità della Chiesa, e loro significheremo, che dall'amore, di cui sono accesi per la religione, Noi con ferma fiducia aspettiamo tutti i sopraddetti sacrificj, compresa ancora la dimissione delle proprie sedi, la quale è comandata dal bene della Chiesa. Dopo una tale esortazione, e dopo avere ricevuta loro risposta, che non dubitiamo, che non sia per esser conforme ai Nostri desiderj, adopereremo i mezzi opportuni a provvedere al bene della religione, e ci applicheremo ad eseguire la nuova circoscrizione in conformità dei desiderj del governo francese.

De nominatio-
ne episcopo-
rum, et archie-
piscoporum.

§. 15. Il primo console della repubblica francese nominerà gli arcivescovi, e vescovi delle diocesi della nuova circoscrizione, e presenterà le nomine dentro tre mesi, che decoreranno dopo la pubblicazione della Nostra apostolica costituzione. Noi poi daremo ai medesimi nominati l'istituzione canonica nelle forme stabilite relativamente alla Francia avanti la mutazione del governo.

De Sedibus in
posterum va-
caturis.

§. 16. Lo stesso si osserverà tanto nelle nomine, quanto nell'istituzione canonica di quelli, che saranno sostituiti nelle sedi, che in avvenire vaceranno.

De juramento
ab episcopis,
et archiepisco-
pis præhendendo.

§. 17. Perché poi non possa nascere alcun dubbio sopra i sentimenti, e la mente de' vescovi (benchè i medesimi anche senza bisogno di qualunque giuramento, e conoscano perfettamente, e siano obbligati ad adempire ciò, che coerentemente alla dottrina del vangelo debbono alle supreme potestà) ed affinché i reggitori della repubblica siano sempre più sicuri della loro fedeltà, ed obbedienza, abbiamo acconsentito, che i vescovi, prima di entrare nell'esercizio del loro ministero, prestino nelle mani del primo console il giuramento di fedeltà, ch'era in uso prima della mutazione del governo, il quale è espresso ne' termini seguenti » Io giuro, e prometto sopra i santi vangeli obbedienza, e fedeltà al governo stabilito dalla costituzione della repubblica francese. Similmente prometto, che non terrò alcuna intelligenza, e non interverrò ad alcun consiglio, e

» non prenderò parte in alcuna unione sospetta o dentro, o fuori della Francia, che sia pregiudizievole alla pubblica tranquillità, e manifesterò al governo ciò, che io sappia trattarsi o nella mia diocesi, o altrove in pregiudizio dello stato ».

§. 18. Per le medesime ragioni abbiamo eziandio acconsentito, che gli ecclesiastici del secondo ordine prestino il medesimo giuramento avanti alle autorità civili, che saranno deputate dal governo della repubblica.

De juramento
ab aliis mino-
ribus ecclesia-
sticis exhiben-
do.

§. 19. Siccome tutte le cose del mondo vengono regolate dalla divina provvidenza, la quale si diffonde da per tutto per mezzo de' suoi beneficij, abbiamo riputato conveniente alla pietà, e necessario alla pubblica felicità, che forma uno degli oggetti de' Nostri desiderj, che ad impetrare il vantaggio, e la salvezza della Francia s'implori l'aiuto divino colle pubbliche preghiere, perciò in tutte le chiese de' cattolici, che sono nella Francia al termine de' divini officj si reciterà la seguente preghiera. *Signore, salvate la repubblica, Signore, salvate i consoli.*

De orationi-
bus pro repu-
blica, et con-
sulibus recitan-
dis.

§. 20. Stabilite le diocesi, essendo assolutamente necessario di stabilire i limiti delle parrocchie, vogliamo, che dai rispettivi vescovi si faccia la circoscrizione delle medesime, la quale però non avrà il suo effetto, se non dopo che il governo vi avrà prestato il suo consenso.

De finibus pa-
rochiarum sta-
tuendis.

§. 21. Il diritto di nominare i parrochi apparterà ai vescovi, i quali però non eleggeranno, se non persone fornite delle qualità richieste dai canoni della Chiesa, ed (acciocchè la pubblica tranquillità sia vieppiù in sicuro) accette al governo.

De nominatio-
ne parrocho-
rum.

§. 22. Essendo poi ancora necessario di provvedere all'educazione de' chierici, al consiglio, che deve assistere i vescovi, e all'amministrazione delle loro chiese, perciò non abbiamo perduto di vista, che ciascuno vescovo abbia un capitolo nella sua chiesa cattedrale, ed un seminario nella diocesi, benchè il governo non si obblighi a dotare nè l'uno, nè l'altro.

De capitulis,
et seminariis
in dioecibus
retinendis.

§. 23. Si desiderava veramente da Noi colla maggior premura, che tutte le chiese si rendessero di nuovo ai cattolici, perchè vi si potessero

De ecclesiis
episcopis resti-
tuendis.

esercitare i sagri ministeri; tuttavia vedendo, che una tale restituzione non era eseguibile, ci siamo contentati, che si mettano alla disposizione de' vescovi tutte le chiese metropolitane, cattedrali, parrocchiali, ed altre non alienate necessarie al culto.

De confirmatione venditionum bonorum ecclesiasticorum.

§. 24. Fermi nella risoluzione di prestarci per il bene della unità a qualunque sacrificio, che si possa fare, salva la religione, ed ancora per cooperare secondo le Nostre forze alla tranquillità della Francia, che rimarrebbe di nuovo fieramente scossa, se si ripetessero dalle mani degli acquirenti i beni ecclesiastici alienati, e perchè abbia luogo il felice ristabilimento della religione cattolica, ch'è la cosa, che a ragione principalmente c'interessa, seguendo l'esempio de' Nostri predecessori, dichiariamo, che quelli, i quali hanno acquistato i beni ecclesiastici, non soffriranno alcuna molestia nè da Noi, nè dai Romani pontefici Nostri successori, e che in conseguenza la proprietà de' medesimi beni, le rendite, ed i diritti a quelli annessi saranno immutabili presso degli acquirenti, e di quelli, che hanno causa da loro.

De substitutione episcoporum, et parochorum.

§. 25. Ma perchè rimovendo prive le chiese di Francia dell'antico loro patrimonio, si deve trovare una qualche maniera, onde si possa supplire al sostentamento, e alla decenza de' vescovi, e de' parrochi, perciò il governo francese preude sopra di se relativamente ai vescovi, ed ai parrochi, le cui diocesi e parrocchie sono comprese nella nuova circoscrizione, il trattamento conveniente allo stato di ciascuno.

De novis ecclesiasticis fundationibus.

§. 26. Nella medesima guisa si è stabilito, che il governo della repubblica francese prenderà le necessarie misure, perchè siano i cattolici in libertà di provvedere, se loro piace, alle chiese con nuove fondazioni.

De privilegiis primi consulis apud sanctam Sedem.

§. 27. Finalmente abbiamo dichiarato di riconoscere nel primo console della repubblica francese i medesimi diritti, e privilegi, di cui godeva presso la santa Sede l'antico governo.

De novis conventionibus invidis si successor primi consulis catholicam fidem non proficatur.

§. 28. Che se per caso accada, che alcuno de' successori dell'odierno primo console non professi la religione cattolica, in tal circostanza si farà per rapporto al medesimo una nuova convenzione circa i diritti, e

privilegi menzionati di sopra, ed anche circa la nomina agli arcivescovi e vescovati.

§. 29. Pertanto essendo state tutte e singole le cose rammentate di sopra sottoscritte in Parigi per parte Nostra, e a nome Nostro, e della Sede apostolica dal diletto figlio Nostro in Cristo Ercole di s. Agata alla Suburra diacono cardinale Consalvi Nostro segretario di stato, e dal ven. fratello Giuseppe arcivescovo di Corinto; e dal diletto figlio Carlo Caselli; per parte poi, e a nome del governo francese dai diletti in Cristo figli Giuseppe Bonaparte, ed Emmanuele Cretet consiglieri di stato, e dal diletto figlio in Cristo sacerdote Stefano Berater parroco di s. Laud d'Angers plenipotenziari del medesimo governo, ed essendo necessario, che dopo, che le medesime convenzioni, patti, e concordati sono stati sottoscritti in tutti, e singoli punti, clause, articoli, e condizioni dai sopraddetti, per la loro più ferma sussistenza, e valore siano corredati della forza dell'apostolica fermezza, ed interposta sia una più solenne approvazione, e decreto; Noi confidando che Iddio, il quale è ricco in misericordia, e da cui viene ogni buon dato, e ogni perfetto dono, voglia benignamente favorire il Nostro impegno del trarre a compimento questa opera santissima, e perchè allontanati tutti gli impedimenti, e dissensioni, si accresca sempre più la vera pietà, e religione, e tolli dal campo del Signore i semi delle discordie, possa crescere di giorno in giorno con maggiore abbondanza la raccolta delle opere buone a gloria del medesimo Dio, e ad eterna salute delle anime, col consiglio e consenso dei venerabili fratelli Nostri i cardinali della S. R. C. di Nostra certa scienza, e matura deliberazione, ed in virtù della pienezza della Nostra apostolica podestà approviamo, rattifichiamo, ed accettiamo colle presenti, e coerentemente al foglio contenente i medesimi articoli di Nostro pugno sottoscritti, le sopraddette concessioni, convenzioni, patti, e concordati, aggiungiamo ai medesimi la forza, e l'efficacia dell'apostolica approvazione, e a nome tanto Nostro, quanto de' Nostri successori, prometiamo, che sarà per parte Nostra; e

Confirmatio inite conventionis.

dei Nostri successori sinceramente, ed inviolabilmente adempito, ed osservato tutto ciò, che nei medesimi si contiene, e promette.

Providentia
capta pro ec-
clesiasticis,
qui matrimo-
nium contra-
here non du-
bitarunt.

§. 30. Vogliamo anche che siano a parte del paterno Nostro amore quegli ecclesiastici, i quali, non ostante che fossero insigniti degli ordini sagri, pure attentarono di contrarre matrimonio, e quelli, che pubblicamente abbandonarono la vita ecclesiastica, perciò relativamente ai suddetti, volendo anche secondare gli uffici, che a loro favore ha interposto il medesimo governo, seguiremo gli esempi del Nostro predecessore Giulio III. di santa mem., come di fatti per la loro spirituale salute provvediamo nel Nostro breve sotto la data di questo medesimo giorno.

Præceptum de
obediendo, et
servando om-
nia superioris
statuta.

§. 31. Avvertiamo inoltre, ed esortiamo nel Signore tutti, e singoli gli arcivescovi, vescovi, ed ordinarii de' luoghi, che saranno canonicamente istituiti in conformità della nuova circoscrizione delle diocesi francesi, e i di loro successori, e parimenti i parrochi, e gli altri sacerdoti operarii nella vigna del Signore, che animati da zelo secondo la scienza non in distruzione, ma in edificazione, ed avendo avanti gli occhi di essere ministri di Gesù Cristo, il quale dal profeta fu cognominato principe della pace, ed il quale essendo per abbandonare questo mondo, e ritornare al Padre, lasciò agli apostoli, ed ai suoi discepoli la pace come sua propria eredità, che tutti siano del medesimo sentimento, e che unitamente adoperandosi, siano premurosi, e seguaci di ciò, che tende a conservare la pace, e con tutta diligenza, ed esattezza osservino tutte quelle cose, che, come si è di sopra esposto, sono state concesse, stabilite, e concordate.

Clausule sala-
tares, et irri-
tantes.

§. 32. Decretando, che a queste presenti Nostre lettere non si possa mai in alcun tempo opporre per impugnarle il vizio di surrezione, ed orrezione, o di nullità, o la mancanza di Nostra intenzione, o qualunque altro quanto si voglia grande, e non pensato difetto; ma che debbano sempre essere, e riguardarsi come ferme, valide, ed efficaci, e conseguire il suo pieno ed intiero effetto, ed essere inviolabilmente osservate, senz'acchè possano ostare i concilii diocesani, provinciali, e generali, o le

Bull. Rom. Tom. XI. F. 63.

speciali costituzioni; ed ordinazioni apostoliche, e Nostre, e le regole della Nostra cancellaria, particolarmente la regola di non derogare all'altrui diritto, e le fondazioni di qualunque chiesa, capitolo, monastero, ed altro luogo pio convalidate con apostolica conferma, o in altra qualunque maniera; i privilegi ancora, gl'indulti, e le lettere apostoliche in qualunque maniera concesse in contrario, confermate, e rinnovate, e tutte le altre cose contrarie; alle quali cose tutte, e singole avendo per espressi, ed inseriti di parola in parola i di loro tenori per il suddetto effetto soltanto, specialmente, ed espressamente deroghiamo, dovendo per gli altri rapporti le medesime rimanere nel loro vigore.

§. 33. Inoltre siccome sarebbe difficile il portare queste medesime Nostre lettere originali in tutti i luoghi, nei quali è necessario, che costi dalla loro autenticità, perciò colla medesima autorità apostolica decretiamo, e comandiamo, che ai transunti delle medesime anche stampati, ma sottoscritti per mano di qualche pubblico notaro, e munite del sigillo di persona costituita in dignità ecclesiastica si presti piena fede, come si presterebbe al medesimo originale, se fosse esibito, o mostrato. E di più dichiariamo nullo, ed invalido ciò, che da qualunque con qualunque autorità o a posta, o per ignoranza si voglia attentare altrimenti da quello, che sopra le cose menzionate è stato disposto.

Fides habenda
transumptis.

§. 34. Non sia lecito dunque ad alcuno violare queste lettere di Nostra concessione, approvazione, ratifica, accettazione, deroga, decreto, statuto, comando, e volontà, o ad esse temerariamente contraddire. Che se alcuno presumerà ciò attentare, sappia, ch'egli incorrerà nell'indignazione dell'Onnipotente Iddio, e dei beati di lui apostoli Pietro, e Paolo. Dato in Roma presso santa Maria Maggiore l'anno dell'Incarnazione del Signore 1801. ai 15. di agosto nel secondo anno del Nostro pontificato.

Sanctio poena
lis.

Dat. die
20 augusti
1801
anno II.

LXXVI.

Confirmatio resolutionis inite a municipio Veliterno super impositione nonnullarum taxarum.

Alexander Lacchini utriusque signaturæ referendarius prothonotarius apostolicus Ss̄mi Domini Nostri Pape Pii VII. vice auditor, iudex commissarius specialiter electus et deputatus.

Chirographum exequendum committitur r.p.d. auditori sanctissimi.

§. 1. Cum sanctissimus Dominus Noster Pius divina providentia Papa Septimus precibus illustrissimæ communitatis Veliternæ benigne inclinatæ chirographum propria manu Sanctitatis Suse sub die 20 currentis augusti subsignatum nobis pro executione in eo contentorum direxerit tenoris sequentis videlicet.

Monsignore Alessandro Lacchini
Nostro vice uditore

Tenor chirographi in quo prius referitur resolutio consiliaris pro nova taxæ impositione habita, et confirmata ab episcopo.

§. 2. Ci hanno fatto rappresentare i conservatori e consiglieri della Nostra Città di Velletri per mezzo di due loro deputati il cavaliere Giuseppe Maria Calderoni, ed il cavalier Paolo Maria Toruzzi Albrizi Giorgi, che volendo egli in seguito del Nostro motuproprio sul nuovo sistema daziario, ed a norma della circolare della sagra congregazione del Buon Governo provvedere al pagamento de' frutti de' censi e cambj decorsi a tutto lo scorso anno 1800, de' quali la detta comunità rimane tuttora gravata, nel consiglio maggiore a questo effetto tenuto il dì 6. dello scorso mese di giugno hanno risoluto di erogare in estinzione de' suoi suddetti debiti la rendita dell'erbatico attualmente affittata per annui scudi tremila quarantacinque, ed inoltre hanno anche determinato di stabilire delle nuove imposizioni cioè una gabella d'introduzione sul bestiame necessario al mantenimento della città, un accrescimento di baj. 20 a rubbio sulla gabella del macinato a grano, ed una simile gabella di baj. 20 a rubbio sul granturco; ed in ordine a ciascuno di questi diversi progetti ci hanno fatto rispettosamente rimarcare rapporto all'erbatico, che i proprietari de' terreni ai quali spetta, sono in oggi con-

tentissimi di erogare in estinzione e pagamento de' surriferiti frutti de' cambj e censi; che l'imposizione sul bestiame di consumo oltre all'esser coerente alle istruzioni su di ciò date della s. congregazione del Buon Governo verrà ripartita in maniera sulle differenti qualità di esso, che non recherà sicuramente, che un piccolo gravame al popolo, che la nuova imposizione di baj. venti per ogni rubbio di grano sul macinato è tale, che unita all'altra imposizione camerale sul medesimo, non arriva a baj. ottanta a rubbio, quanti prima se ne pagavano per lo stesso oggetto in detta città, giacchè ora non si verrà a pagare che circa baj. settanta; e finalmente che facendosi ora in detta città un consumo grandissimo di granturco a segno, che anche i facoltosi ne fanno uso, l'imposizione di baj. 20 a rubbio che corrisponde a baj. 10. il sacco, non è capace di arrecare un gravame agli indigenti, per i quali riflessi di equità, e ragionevolezza le accennate risoluzioni del consiglio hanno già ottenuta l'approvazione del rmo cardinale Albani vescovo e governatore della detta città. In seguito di che desiderando i supplicanti, che tali risoluzioni vengano anche approvate, e confermate dalla suprema Nostra autorità, onde non abbiano mai a revocarsi fino alla estinzione del debito di detti frutti arretrati, che ascende a scudi quarantamila circa, si sono perciò determinati di ricorrere a Noi supplicandoci di accordargliene la desiderata approvazione e conferma, e la contemporanea dichiarazione, che i creditori di detti frutti arretrati debbano in conseguenza contentarsi di riceverne il pagamento col ritratto delle suddette imposizioni ed erbatico, nè possano eccitar molestia contro la comunità, ed i particolari obbligati per la medesima anche a riflesso, che detti creditori in breve potranno conseguire la rispettiva loro soddisfazione non solo col ritratto di dette imposizioni, ma anche coll'esigenza dei crediti arretrati della comunità, che saranno erogati nella stessa causa.

§. 3. Qual supplica essendo stata da Noi per mezzo vostro rimessa a mon. segretario della Nostra congregazione del Buon Governo, perchè ci avesse informati e palesato insieme il suo sentimento sopra l'eroga-

Resolutio confirmatur quæ a sacra congregazione Boni Regiminis.

zione dell'erbatico e le altre imposizioni suddette, egli similmente per mezzo vostro ci ha riferito che non vi può essere difficoltà sull'applicazione dell'erbatico alla soddisfazione de' suddetti debiti, subito che a ciò condiscendono i proprietari di esso, che avendolo prima ceduto alla comunità per pagare i pesi camerati, ne sono oggi tornati ad esser liberi padroni, poichè soccombono direttamente a detti pesi per mezzo della dativa dei sei paoli a libra; che la gabella sull'introduzione del bestiame non si appone ai principii daziali già da Noi stabiliti ne' Nostri motu-proprio, purchè si tratti di bestiame, che si consumi nel luogo, e non sia di puro transito; locchè succede in Roma, dove li bestiami che s'introducono per macellarli pagano la gabella alle porte; che rapporto all'altre imposizioni sul macinato del grano, per quanto sia vero che lo spirito del Nostro moto-proprio sul sistema daziale si opponga ad ulteriori imposizioni sopra di esso, come riservato al Nostro erario, e non sembri d'altronde politico l'accrescere gravezze sopra il genere di prima consumazione, nell'atto che le circostanze de' tempi ne accrescono il prezzo, pure trattandosi d'una imposizione temporanea, e di pochi anni crede, che stanti le urgenze de' creditori della comunità potrebbe non farglisi un'opposizione dirimente e decisa; e finalmente che l'imposizione sul macinato del granturco esente già da ogni altra sorta di gravezza, è a suo sentimento ragionevolissima tanto più che ne fanno un uso grande i benestanti ancora, ed altronde è tanto leggiero il peso di bajocchi 20 a rubbio, che non può certamente arrecare un gravame agl'indigenti: e Noi attese le cose esposte, volendo mostrare verso de'supplicanti, e della Nostra detta città di Velletri gli atti della Nostra sovrana clemenza, anche in vista delle prove costanti di devozione date sempre dalla medesima verso di Noi e della s. Sede apostolica per l'inconcussa, e ne' più duri cimenti comprovata fedeltà di quel popolo, ampiamente commendata da sommi pontefici Nostri predecessori, e specialmente dai papi Urbano II. Gregorio IX, Eugenio IV, e Sisto IV di san. mem.

siamo perciò ben volentieri condiscesi ad accordar loro la richiesta grazia nella maniera che prescriveremo in appresso.

§. 4. Avendo pertanto nel presente Nostro chirografo per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato l'intero tenore delle suddette risoluzioni del consiglio maggiore di detta comunità, dell'approvazione ottenuta dal reverendissimo cardinale Albani, de' Nostri motu-proprio emanati sopra gli accennati oggetti, e di ogni altra cosa quanto si voglia necessaria di esprimersi; di Nostra certa scienza, e similmente colla pienezza della Nostra suprema potestà ordiniamo a voi, che in nome Nostro approviate, e confermate, conforme Noi approviamo, e confermiamo in tutte le sue parti la detta risoluzione tanto rapporto all'applicazione dell'erbatico, in pagamento del debito de' frutti, quanto rapporto alle suddette nuove imposizioni sul bestiame di consumo che s'introduca in detta città, da ripartirsi però sulle differenti qualità di esso, in maniera che sia del minore aggravio possibile a quella popolazione, e specialmente alla classe degl'indigenti, come pure l'altra di baj. 20 a rubbio sul macinato a grano, e di baj. parimenti venti a rubbio sul granturco; e quelle imposizioni ordinerete pure in nome Nostro, conforme Noi ordiniamo che debbano interamente, e fedelmente erogarsi in estinzione del suddetto debito di frutti arretrati ascendenti a scudi quarantamila circa, e non possano mai convertirsi in altro uso, o rivocarsi fintanto che non sia estinto, e saldato il debito suddetto, dopo di che dovrà l'erbatico tornare ai rispettivi proprietari, e cessare immediatamente le suddette imposizioni; dichiarando Noi, che in conseguenza di quest'approvazione, i creditori de' suddetti frutti arretrati debbano contentarsi di riceverne il pagamento col ritratto delle suddette imposizioni, ed erbatico, nè possano in veruna maniera eccitare molestie contro la suddetta comunità, ed i particolari obbligati per la medesima, a condizione però che ne' pagamenti da farsi debbano essere preferiti i creditori più indigenti, e progressivamente i meno facoltosi; e che inoltre esigendosi in tanto dalla comunità i suoi crediti arretrati,

Accedit etiam confirmatio apostolica.

debbano questi similmente erogarsi in dimissione dello stesso debito de' frutti arretrati. In esecuzione pertanto del presente Nostro chirografo ne pronunciate qualunque decreto, concederete, se farà d'uopo, le occorrenti facoltà, e farete tutt' altro che per la plenaria esecuzione, perpetua fermezza, e sussistenza di questa Nostra grazia stimerete in qualunque modo spediente e necessario; essendo così mente e volontà Nostra espressa.

Clauſale ſalu-
taces. et irri-
tantes.

§. 5. Volendo e decretando che al presente Nostro chirografo, quantunque non esibito, nè registrato in camera, e ne' suoi libri, non possa mai darsi di orrezione, o sorrezione, nè di alcun' altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri qualunque pretesti possa essere impugnato, riuocato, o moderato, e che così e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale benchè collegiate, congregazioni anche di rmi cardinali, camerlengo di Santa Chiesa, tesoriere, rota, camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario; dichiarando Noi fin da adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo che vaglia, e debba avere sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi siano state intese o citate qualsivogliano persone, ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, ecclesiastiche, o luoghi pii, che vi avessero, o pretendessero avervi alcun interesse, e che per comprenderle facesse bisogno di speciale e individua menzione.

Derogatio con-
trariorum.

§. 6. Non ostante li suddetti moti proprii nelle parti, e parte soltanto che potessero opporsi al Nostro presente indulto; come pure non ostante la Bolla di Pio IV. di san. mem. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, ed altre qualsivogliano costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri

predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza di Nostra potestà pontificia, ad ogni vizio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire per questa sola volta, e per la piena e totale esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo, ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 20 agosto 1801.

Pius PP. VII.

§. 7. Volentes itaque in*Executio.*
nobis a sanctissimo domino nostro papa debite executioni demandare ipsius sanctissimi domini nostri pape nomine approbamus et confirmamus resolutionem, ut supra captam in consilio majori dictae civitatis die vi junii proxime elapsi, tam circa applicationem redditus nuncupat. dell' erbarico pro extinctione fructuum censuum, et cambiorum decursorum, et non solutorum, et a dicta communitate debitorum ad totum praeteritum annum 1800, quam circa novas impositiones singillatim in dicto chirographo expressas in extinctionem eorundem fructuum destinatas, atque idcirco mandamus tam redditus affictus herbarum, quam impositiones praedictas integre, et fideliter in praedictorum fructuum solutionem esse erogandas, proindeque pari Sanctitatis Suae nomine decernimus creditores eorundem fructuum paulatim cum dictis pecuniis dimittendos, nullas interim excitare posse molestias adversus dictam communitatem, ac individuos pro ipsa obligatos; ea tamen sub lege, ut in solutionibus peragendis praerferantur creditores indigentes, et progressive minus divites, quodque in eandem causam erogari etiam debeant credita dictae communitatis, quorum interea ipsa a suis debitoribus solutionem assequetur, ac in omnibus, et per omnia juxta formam, seriem, ac tenorem recensiti chirographi sanctissimi. Non obstantibus legibus, statutis, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cae-

terisque omnibus in contrarium facientibus; quibus omnibus Sanctitas Sua præsertim suo chirographo plenissime derogavit. Datum Romæ ex ædibus nostræ residentie in via Corsus hac die vicesima quarta augusti millesimo octingentesimo primo.

Loco ✕ sigilli

A. Lacchini v. auditor

Loco ✕ signi

Laurentius Felci causarum curiæ cameræ apostolicæ, ac sanctissimi et reverendissimi domini vic. aud. sanctissimi notarius

LXXVII.

Consulitur decori, et rectæ administrationi ecclesiæ nuncupatæ B. M. Virginis a s. Luca in Monte de Guardia extra civitatem Bononiensem existentis.

Dilecto filio ecclesiæ Bononiensis, ejus archiepiscopali sedē vacante, vicario capitulari legitime deputato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.
§. 1. **P**ermagis Nobis profecto curæ et ecclesiæ istius cultus, quæ Beatæ Mariæ Virginis a sancto Luca dictæ in Monte de Guardia, ut vulgo nuncupatur ad Bononiæ mœnia dedicata est, quæque non ab incolis, et accolis modo, sed ab externis etiam, et longinquis mire celebratur. Quantum illa advenantium animis pietatem, ac religionem injiciat, sumus ipsi experti, neque conducibilius vero existimamus ad Dei gloriam, et ipsius Beatæ Mariæ Virginis laudem, atque ad hominum eo confluentium salutem quidquam esse, quam ut ea præclaris mandetur vineæ Domini satoribus, atque industriis operariis, qui cum illius splendorem, et majestatem sacrorum certa munerum, et officiorum vice amplificent, tam advenien-

tes, venerationis causa, ad christianam disciplinam erudiant, et ad virtutem inflamment appositæ orationis facultate; admissa peccata, ac scelera confiteri, expiareque volentibus præstare quotidie sint, ac rite comparatos divinis epulo enutrient, atque hi quidem non sunt longius arcessendi; sed ab ipsa Bononia suppeditantur.

§. 2. Neque enim Nos, qui Foro Cornelij, tam propinqua in urbe, tot annos mansimus ejus ecclesiæ gubernacula, quæ nondum dimisimus gerentes, latere sane potest eorum presbyterorum virtus, qui ex instituto hoc mœni Bartholemæi Dal Monte presbyteri Bononiensis, atque ex præcepto, quod suo is testamento consignavit, oppida, et vicos identidem circumveant, opus illud egregium peragentes, quod missiones appellatur. Et quamquam non ignoremus sanctimonialia ordinis sancti Dominici, ex monasterio sancti Matthiæ nuncupatæ ecclesiam ejusmodi perditam obtinuisse, ad hanc usque ætatem, et custodiæ præfecisse sacræ imaginis, sibi ab aliis religiosis virginibus jam traditæ; quibus concessa primum fuisset: æquo tamen illas animo laturas putamus alios nunc tandem sibi substitui, quos temporum ratio, et Beatæ Mariæ Virginis honor flagitare videatur.

§. 3. Itaque motu proprio discretioni tuæ, dilecte fili, eo quod sedes ista neminem archiepiscopalis vacet, per has literas committimus, et mandamus, ut ecclesiam commemoratam Beatæ Mariæ Virginis a sancto Luca, ejusque Beatæ Mariæ Virginis vetustam, religiosissimamque imaginem, cum omni suppellectili, tabulario, redditibus, fundis, et bonis cujuscumque generis, et continentis ædificio, cum omnibus etiam juribus, et privilegiis, exemptionibus, gratiis, ac simul oneribus ipsi ecclesiæ vel sanctimonialibus, earumve communitatibus, et monasterio ante hac inhaerentibus, sine ulla prorsus discrimine, auctoritate Nostra apostolica, directorum missionum doctoris Dal Monte nuncupati, non ei modo, qui nunc est, sed et qui deinceps erit, adducas, et attribuas ad Nostrum, et hujus sanctæ Sedis apostolicæ beneplacitum; ejusque propria illa omnia esse facta pronuncies, ipsumque decernas cum idoneis presbyteris secularibus, quos

Laudes instituti crecti a sacerdote Dal Monte qui diu præsit gubernio ecclesiæ prædictæ.

Deputatio sacerdotum qui succedant in locum prædicti sacerdotis in gubernio, et custodia ecclesiæ.

Dat. die 21 augusti 1801 anno II.

in suum contubernium ex fundatoris lege, deque ordinarii consensu, adsciscet apud ecclesiam istam habitare, atque iis, de quibus dictum superius est, sacris muneribus ad decorem domus Dei, et proximorum emolumentum obeundis operam, et industriam navare debere, quod si inde aliquo discedat cum sociis ad divinum verbum prædicandum, unum pro se de ordinarii licentia, qui loco præsit, et quatuor saltem contubernales presbyteros, ad confessiones audiendas adprobatos, relinquere, ut ne quid de eius adeo frequentate ecclesie servitio interea temporis detrahatur; collectarum vero eleemosynarum, et accepti, expensique rationem, atque actionum etiam reliquarum si oportuerit, suam quotannis directorem ordinario reddere, tamquam Sedis apostolicæ delegato. Nam ipsam ecclesiam, perinde ut antea, et directorem, et socios earum missionum, quandiu ad illam adhæserint, sub immediata protectione sanctæ Sedis apostolicæ manere statuimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque plenissime suffragari, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari, nulloque prætextu unquam, etiam ex eo quod interesse habentes ad præmissa vocati non sint, aut illis consenserint de subreptionis, aut obreptionis vitio, seu intentionis Nostræ defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, ac in controversiam vocari posse; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus, super his in aliquoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio constitutionum.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Eugenii pp. IV., et Clementis pp. VIII., prædecessorum Nostrorum constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ ecclesie, et sanctimonialium, et monasterii etiam ju-

ramento, confirmatione apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die vicesima prima augusti millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXVIII.

Deputatio eminentissimi et reverentissimi domini cardinalis Caprara in legatum a latere penes primum Galliarum consulem.

Dat. die
24 augusti
1801
anno II.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Dilecto filio Nostro Joanni Baptistæ, tituli s. Honuphrii, Sanctæ Romanæ Ecclesie presbytero cardinali Caprara nuncupato, archiepiscopo, episcopo Aesino, ad carissimum in Christo filium Nostrum Napoleonem Bonaparte, primum Galliarum reipublicæ consulem, Gallianamque nationem, Nostro, et apostolicæ Sedis legato salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **D**extera Altissimi, quæ Proemium. semper in ostensione virtutis magnificata est, renovavit etiam temporibus hisce Nostris magalia sua. Illud siquidem est operata, ut tot inter impetus, ac procellarum jactationes, quibus universa Gallia tandem est agitata, longe maxima nationis illius pars religionis, quam a majoribus acceperat, et ab incunabulis hauserat, retinentissima fuerit, in eaque conservanda avorum suorum gloriam, a quibus tot bona accepit Ecclesia, ad

memoriam sæculorum omnium sit æmulata.

Ratio decernendæ nominationis.

§. 2. Propterea nec desivimus, nec desituri unquam erimus in omni spiritus Nostri humilitate gratias agere misericordiarum Deo, qui tot inter angustias, quibus undique premimur, tantasque curarum moles, quas cum semper, tum his potissimum temporibus necessario habere debet sarcina supremi episcopatus, quæ infirmitati Nostræ, inscrutabili Dei iudicio est imposita, ad consolandos Nos divinitatis suæ lumine, rationem Nobis suppeditare est dignatus, quæ catholica religio ad liberam ministeriorum suorum exercitium in regionibus illis revocata, ad pristinam cultus sui puritatem, sanctitatemque possit reflorescere. Paterna charitas, quæ Nos Gallicanam nationem semper complexi fuimus, et ardentia illa studia quibus urgemur, ut opus tam bene susceptum, auxiliante Deo, ad majorem eius gloriam per imbecillitatem Nostram feliciter conficiatur, Nos vehementer sollicitos habet, rationesque omnes excogitare cogit, quæ ad hoc tantum bonum constituendum conferunt, cum quo salus tam multarum animarum, quas Christus Dominus sanguine suo redemit est omnino conjuncta.

Tenor nominationis cum descriptione facultatum concessarum.

§. 3. Propterea cum ad id consequendum illud maxime tum Nobis tum gubernio ipsi Gallicano prodesse posse videatur, si Nostrum atque apostolicæ Sedis legatum constituamus, qui in Galliam se conferens, et spiritualibus fidelium illorum necessitatibus præsto sit, et ea bona prope-ret, quæ ex conventionibus inter Nos et gubernium reipublicæ Gallicanæ incita expectari debent, auditis venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus quos, quemadmodum deliberatio tantæ rei postulabat omnes convocandos censuimus, unanimi eorumdem consilio et assensu, te, dilecte fili Noster, delegimus, cujus fidei, religioni, ac exploratæ prudentiæ tantam ac tam grave hoc munus committeremus, illud persuasi, te, pro ea virtute ac singulari sapientia qua præstas, ac præsertim pro eo amore, ac studio quod semper in cæteris muneribus, quæ tibi a Sede apostolica concedita sunt administrandis erga catholicam Ecclesiam ostendisti, desiderio atque

expectationi Nostræ esse cumulatissime responsurum. Te igitur in Nostrum, et apostolicæ Sedis legatum ad primum Galliarum reipublicæ consulenti vigore præsentium eligimus, constituimus, et deputamus, circumspeditioni tuæ mandantes, ut munus hujusmodi pro tua in Deum pietate, in Nos et hanc sanctam Sedem reverentia, in Christianam rempublicam studio, adacri animo suscipias, ac sedulo diligenterque, Deo juvante, exequaris, donec id pro necessitate temporum opportunum judicabitur. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo primo, nono calendæ septembris, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXIX.

Dat. die 4 septembris 1801. anno II.

Instantibus fratribus ordinis minorum s. Francisci provinciæ s. Fidei de Bogota in America, confirmatur electio sanctorum Joannis Baptistæ, et Josephi in patronos dictæ provinciæ ab eis facta.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut dilecti filii superiores, et fratres ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupati provinciæ sanctæ Fidei de Bogota in America Hispania Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga sanctos Joannem Baptistam et Joseph Beatae Mariæ Virginis sponsum præseferunt devotionis affectu, eorumdem sanctorum cultum, et venerationem in dies augeri, et declarari summopere desiderent, eosdemque sanctos in protectores suos principales elegerint, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac, ut infra, de benignitate apostolica indulgere dignaremur.

Expositio precum.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdi-

Tenor concessionis.

cti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Julio De Garpineo sacrorum rituum congregationis secretario, electionem sancti Joannis Baptistæ, et sancti Josephi in patronos principales ejusdem provinciæ a fratribus dicti ordinis rite factam auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac festis eorumdem sanctorum prærogativas omnes festis patronorum principalium competentes attribuimus, atque ritum officii patrocinii sancti Josephi, quod in dominica tertia post Pascha recitatur ad dupl. secundæ classis cum octava pro iisdem fratribus elevamus, et lectiones proprias recitandas in diebus octavæ jam pro ordine Carmelitarum Excalceatorum approbatas ad eos extendimus; nec non, ut in singulis cœnobiis dictorum fratrum in prædicta provincia comprehensis die decima nona cujuslibet mensis, dummodo non occurrat officium duplex primæ, vel secundæ classis, post missam conventualem de die, post nonam una missa votiva cum cantu de eodem sancto Josepho cum gloria tantum, servatis in reliquis rubricis, celebrari possit auctoritate, et tenore prædictis indulgemus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac rubrica xxvii. novi breviarii Romano Seraphici, nec non dictæ provinciæ, et ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenoribus præsentibus præple-

ne, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die quarta septembris millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXX.

Confirmatio concordie inter administratores domus Misericordie civitatis Portugallensis, et moniales monasterii matris Dei ejusdem civitatis initæ ad lites dirimendas.

Venerabili fratri episcopo
Portugallensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **P**astoralis Nostra, et præterea sollicitudo postulat, ut christifidelium, præsertim vero sanctimonialium; et eorum, qui piis institutionibus administrandis operam suam impendant, quietem, et tranquillitatem, quantum in Nobis est, tueamur, ut, omni dissidio sublato, concordiaque constituta, iidem christifideles unanimi consensu, et mutua charitate devincti pastori æterno valeant famulari.

§. 2. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni administratores domus Misericordie civitatis Portugallensis, ac dictæ in Christo filie abbatissa, seu priorissa, et moniales monasterii matris Dei de Monchique nuncupati, siti in suburbiis dictæ civitatis, quod cum ho. mem. Emmanuel Carneiro de Araujo ex testamento prædictam Misericordie domum hæredem plurimis ab hinc annis instituerit, ea lege, ut expletis testamentariis oneribus, quod ex hæreditate superesset monialibus monasterii prædicti traderet. Hinc obortæ, et magis sumptibus protractæ lites, ad quas dirimendas, concordiamque stabiliendam fuit utrinque

Dat. die
4 septembris
1801
anno 11.

Præmium.

Expositio præsum.

proposita transactio cum infrascriptis conditionibus, videlicet.

I.

Pacta conven-
tia.

§. 3. Quod cum prædicta domus debeat monasterio quadragies, atque tercentena millia regalium cum triginta sex millibus regalium monetæ, et centum, et sexaginta sex regalibus monetæ Lusitanæ, et vicissim monasterium illi ex mutuo debeat duodecies centena millia regalium debitum cum credito compensetur; ac dummodo Misericordiæ domus monasterio vicies centena millia regalium similium præterea solvat, monasterium illi, quod superest, videlicet, undecies centena millia regalium cum triginta sex millibus regalium, et centum, et sexaginta sex regalibus libere remittat.

II.

Idem ut supra

§. 4. Quod cum testator prædictus chirographum, in quo regia Lusitanæ corona quadragies, et octies centena millia regalium debere proficitur Misericordiæ, et monasterio, prædictis, æqualibus partibus in eodem testamento legasset ipse Misericordiæ domus annuos redditus ab ærario regio exigat, et monasterio centum, et viginti millia regalium, quod anni redditus dimidia pars est, annuatim solvat in posterum, et quod jam ab anno millesimo septingentesimo nonagesimo nono inclusive debet.

Confirmatio
apostolica.

§. 5. Quo autem, sicut eadem expositio subjugebat, prædicta transactio, et præinsertæ utrinque acceptatæ conditiones firmiter subsistant, et serventur exactius; ipsæ partes contrahentes apostolica auctoritate omnia confirmari summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur ipsos modernos domus Misericordiæ prædictæ administratores, et moniales monasterii matris Dei hujusmodi specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et

quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsententes committimus, et mandamus, quatenus constito tibi de narrantis prædictam concordiam, seu transactionem una cum præinsertis pactis, et conditionibus, ac reliquis omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et prudentia gratis confirmes, et approbes, illisque inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adijcias, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum, defectus, si qui desuper quomodolibet intervererint, eadem auctoritate suppleas et sanes.

§. 6. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, domus, et monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque; indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contra-

Derogatio contrariorum.

riis quibuscumque: Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die
4 septembris
1804
anno II.

LXXXI

Facultates domino cardinalis legato concessæ pro agendis rebus in Gallia

Dilecto filio Nostro Joanni Baptistæ, tituli s. Honuphrii, S. R. E. presbytero cardinali Caprara nuncupato, archiepiscopo, episcopo Aesino, ad carissimum in Christo filium Nostrum Naupoleonem Bonaparte, primum Galliarum reipublicæ consulem, Nostro et apostolicæ Sedis de latere legato.

Pius PP. VII

Dilecte fili Noster,
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Cum pro tua religione, doctrina, ac explorata Nobis in rebus gerendis prudentia, te legatum Nostrum a latere in Galliam mittere decreverimus ad ecclesiasticas res componendas juxta ea, quæ per acta conventionis inter Nos, et rempublicam Gallicanam initæ, constituta sunt; quo facilius tantam rem cum ecclesiæ gloria, Galliarumque tranquillitate explicare, conficere, expedire valeas, auctoritate Nostra apostolica omnes, et singulas facultates tibi concedimus, quibus de jure, usu, stylo, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet apostolicæ Sedis a latere legati frui consueverunt; signanter absolvendi, dispensandi, commutandi, condonandi, relaxandi, juxta locorum, temporum, ac personarum circumstantias, pro tuo arbitrio et prudentia, atque tua onerata conscientia, et cum ea salubri moderatione, quam in Domino noveris expedire. Insuper potestatem facimus tibi alios, qui tibi magis in Domino idonei videbuntur, subdelegandi, ut iisdem facultatibus uti possint, si quando id utile ac necessarium ad Ecclesiæ,

atque animarum bonum judicaveris; qua quidem potestatis amplitudine ita te ad Ecclesiæ bonum, atque animarum salutem usurum speramus, ut in rebus dubiis illud continuo memoria teneas, quod s. Innocentius I. prædecessor Noster ad Felicem episcopum Nucerinum scribebat (1):
» Mirari non possumus, dilectionem
» tuam sequi instituta majorum, om-
» niaque quæ possunt aliquam reci-
» pere dubitationem ad Nos quasi ad
» caput, atque ad apicem episcopatus
» referre, ut consulta videlicet Sedes
» apostolica ex ipsis rebus dubiis cer-
» tum aliquid faciendumque pronun-
» tiat ». Siquidem solemne semper in Ecclesia fuit, quod idem pontifex in epistola ad concilium Melevitanum memorat; apostolicam Sedem consulere (2) » super anxiiis rebus, quæ
» sit teneanda sententia » ac tibi apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die quarta septembris millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

(1) Lit. 36., t. I. ep. Rom. pont. edit. const. col. 970.

(2) Lit. 30. apud Const. loc. cit.

Dat. die
4 septembris
1801.
anno II.

LXXXII.

Literæ credentiales pro domino cardinali legato.

Carissimo in Christo filio Nostro
Naupoleoni Bonaparte, primo
consuli rei publicæ Gallicanæ.

Pius PP. VII.

Carissime in Christo fili Noster
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Deferet tibi has literas dilectus filius Noster Joannes Baptista, tituli s. Nonuphrii, S. R. E. presbyter cardinalis Caprara nuncupatus, archiepiscopus, episcopus Aësinus, quem Nos libentissimo animo Nostro, et hujus apostolicæ Sedis legatum a latere ad te mittimus. Hæ ut testes erunt amplissimi muneris, quod Nos ei gerendum demandavimus, ita etiam probabant tibi magis magisque paternam eam charitatem, qua te complectimur, eaque studia quibus properamus ampliori, ac testatori quo possumus modo omnia componere, et conficere, quæ per acta conventionis Nostræ ad catholicæ religionis bonum, internæque tranquillitatis conservationem in Gallia, inter Nos sunt constituta. Eum Nos virum nihil est quod commendemus amoris tuo; eam enim is pro sua integritate, fide ac prudentia sit præcipue expetitus a te, eamque ob causam eo libentius mittatur a Nobis, scimus eum opinione virtutis suæ satis carum, ac commendatum istuc accedere. Ei igitur tecum agenti eam fidem habebis, quam Nobismetipsis haberes si Nos tecum coram ageremus. Neque enim dubitamus quin is sit futurus apud te, qualem et tu pro ejus religione, fide, in rebusque gerendis dexteritate cognitum iudicasti, qualem Nos etiam propter cætera munera gravissima, quibus est summa cum laude perfunctus, speramus omnino exiturum. Quod ut bonum, felix, fortunatumque sit tum Nobis, atque catholicæ Ecclesiæ, tum rei publicæ isti universæ, D. O. M. obsecramus, et tibi apostolicam benedictionem pignus paternæ charitatis Nostræ impertimur. Datum Romæ

apud s. Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die quarta septembris millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXIII.

Dat. die
15 septembris
1801
anno II.

Concessio usus palmaris vulgo bugia pro canonicis ecclesiæ metropolitanæ Firmanæ, cum privilegio gestandi crucem, et funiculum violacei coloris in pileo.

Dilectis filiis dignitatibus et canonicis ecclesiæ metropolitanæ Firmanæ

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis S. R. C. Ratio concessio-
presbyter cardinalis Brancadoro nuncupatus vestrum omnium præclaram extitisse fidem in hanc sanctam Sedem apostolicam iis præsertim temporibus, quæ interdum accidere patitur Deus, ut, qui probati sunt, quemadmodum apostolus ait, manifesti fiant, utque aliquam vobis gratiam referremus, se vehementer optare, et orare.

§. 2. Nos igitur ipsum, et vos Tenor concessio-
specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et vestrum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes ejus cardinalis supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis, ut de consensu venerabilis fratris archiepiscopi vestri, quisque vestrum, quique posthac legitime vobis succedent, ad altare, aut sacrificium, aut sacerdotale aliud munus peragentes, palmare, vulgo bugiam adhibere, et talarem vestem coloris violacei in choro, in capitulo, in processionibus, ac sacris functionibus quibuscumque induere, et funiculum ejusdem coloris pileo circumdatum gerere intra

fines diœcesis Firmanzæ solum, tam intra eos vero, quam extra parvam crucem, quæ ab episcopali non solum magnitudine, sed forma quoque ipsa, et specie prorsus discrepet, in cuius antica Beatæ Mariæ Virginis, cui ecclesia dedicata vesira est, impostica sancti Savini imago sit insculpta flocco nigri coloris ante pectus suspensum gerere possitis, et valeatis in perpetuum concedimus, et indulgemus.

Derogatio con-
traiorum.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri de divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, et specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ metropolitanæ ecclesiæ Firmanzæ etiam juramento, confirmatione apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permauris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Monitum spe-
ciale.

§. 4. Quæ sane liberalitatis in vos Nostræ argumenta confidimus stimulos vobis fore industriæ, et laboris in vineam Domini, ut eo magis enitami ad præluendum reliquis omni sacerdotalis virtutis laude, quibus insignibus fulgentis magis; neque dubitamus profecto, quin sanctissima Dei pareas, isque antistes, et martyr fertilissimus, cuius utriusque imago pectori insidebit vestro, multo altius in mente, atque animo vestro hæreant, ac sui recordatione assidue vos excitent, ac ad strenue navandam operam confirmet. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die decima quinta septembris millesimi octingentesimi primi, pontificatus Nostri anno secundo



LXXXIV.

Dat. die
15 septembris
1801
anno II.

Confirmatio literarum apostolicarum expeditarum a Pio papa VI., quibus concessa fuerunt seminario Anagnino nonnulla bona confraternitatum locorum Sgurgulæ, et Moroli diœcesis Anagninæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quod Ecclesiæ, civitatis- Præmium.
que utilitas, et salus maxime postulat, ut ætatis teneræ ad virtutem omnem, ac pietatem, et ad bonas artes fiantur, et informetur ingenia, et mores, id omni studio, et diligentia curate præcipue debent ubique gentium Romani pontifices, et in sua quique diœcesi episcopi. Ex quo sollicitos illos vehementer esse oportet, concilii quoque Tridentini præceptis saluberrimis admonitos, de seminariis clericorum recte constituendis, sustentandis, conservandis, amplificandis: neque est ejusmodi negotio aliud quidem in humanis præstabilius, aut potius habendum.

§. 2. Quo animo cum esset sa- Memorantur
mem. Pius pp. VI. prædecessor No- literæ aposto-
ster, mirum non est, si per suas li- licæ ad rem la-
teras apostolicas sub plumbo diei tæ pro con-
non. kal. octobris anni MDCCLXXVI cessione bono-
bona confraternitatum duarum, alte- rum.
rius in terra, quam Scurgula indi-
genæ, alterius in ea, quam Morolo
appellant, diœcesis Anagninæ, semina-
rio hujus ipsius, destituto rebus ne-
cessariis, addixerit, et attribuerit,
quas quidem literas confirmandas
postea duxit per suas alias item sub
plumbo die v. idus martii anni
MDCCLXXIX.

§. 3. Id vero sane mirum, sa- Nonnullos ha-
pientia, et auctoritati illarum lite- rum literarum
rarum adversari ausam esse adhuc abrogationem
quorundam temeritatem; quorum flagitavisse re-
nempe flagitatum a Nobis haud mul- fertur.
to ante fuit, ut eas abrogaremus pe-
nitus, et induceremus. Quos, ut ne
indicta prorsus causa aspernari vide-
remur, eorum postulationes ad vene-
rabilem fratrem episcopum Signinum
misimus, ut qui propius inde abes-
set, ac veritatem liquidius noscere
posset, suffragium de iis suum Nobis
aperiret.

Nallis innitae
rationibus pre-
ces repertae
sunt.

§. 4. Quo sane accepto, atque aliis præterea momentis rationum libratæ, Nobisque expositis per dilectum filium magistrum Alexandrum Lacchinium vice-auditorem Nostrum, rejiciendam omnino illorum instantiam judicavimus.

Hac de causa
litteras præce-
dentes ex-
quendas esse
decernitur.

§. 5. Nunc quo perspicuum sit magis omnibus quid sentiamus, et ad evellendam plane omnem in posterum controversiarum materiem, et cavillandi libidinem, quæ paci christianæ, et concordie animorum est inimica, motu Nos proprio, certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudinæ, harum litterarum vigore commemoratas binas litteras apostolicas prædecessoris Nostri iterum ratas habemus, et perinde haberi ab omnibus præcipimus, et jubemus; ac vetamus porro quemquam deinceps aut has Nostras, aut eas prædecessoris Nostri litteras de obreptionis, vel subreptionis vitio criminari, aut notam aliam quamcumque iis inurere, sed eas potius recipi volumus ab omnibus, et singulis etiam speciali, et expressa mentione dignis, et adamussim observare.

Derogatio con-
trariorum.

§. 6. Non obstantibus iis omnibus, quæ jam in litteris prædecessoris Nostri concessum est non obstat. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimaquinta septembris millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo



LXXXV.

Dat. die
18 septembris
1801
anno II.

Imminutio festorum in territorio abbatie s. Mariæ de Parraces Toletanæ provinciæ.

Dilecto filio Nostro Philippo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Casoni nuncupato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. **E**xpositum nuper Nobis est nomine dilecti filii Josephi De Manzanares, qui se priorem dicit esse regii monasterii sancti Laurentii de Escuriali, et sancti Thomæ de Piè del Porto vulgo nuncupati, atque abbatem præterea sanctæ Mariæ de Parraces, atque habere se affirmat jurisdictionem ordinariam quasi episcopalem in quædam loca provinciæ Toletanæ non minus egere, atque adeo multo fortasse magis populum sibi subjectum, ut festi dies apud se contrahantur, quam diocesis Toletanæ populus, cui id indulsit gravibus adductus rationibus Benedictus pp. XIV. sanctæ memoriæ prædecessor Noster per suas litteras apostolicas in forma brevis die vicesima tercia decembris anni millesimi septingentesimi quadragesimi quarti datas: enixe idcirco se a Nobis petere, ut suum in populum eandem Nos benignitatem expromamus.

Expositio præ-
cum, et ratio
concessionis.

§. 2. Nos igitur circumspectioni tuæ, dilecte fili Noster, per has litteras injungimus, ut, quando intellexeris æquandum revera esse populum jurisdictionis commemorati abbatis populo diocesis, et provinciæ Toletanæ, in festorum dierum colendorum ratione a Benedicto pp. XIV. præscripta, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium pro arbitrio, et conscientia tua id plane decernas, ac statuas.

Tenor conces-
sionis.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, inque universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam

Derogatio con-
trariorum.

Majorem sub annulo piscatoris die decima octava septembris millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secunda.

Dat. die
18 septembris
1801
anno II.

LXXXVI.

Confirmatio tractatus initi a plenipotentiariis electis super rebus ecclesiasticis reipublicæ Gallicanæ.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **E**cclēsia Christi, quam ut civitatem sanctam, Hierusalem novam, descendantem de cælo a Deo vidit Joannes, inde potissimum suam repetit firmitatem, cæteraque ornamenta, quibus prædita coarsurgit, quod nedam sancta, catholica, et apostolica, sed et una sit, super unius soliditate petreæ fundata. Ex firma et constanti membrorum Ecclesiæ omnium unione in eadem fide, in iisdem sacramentis, in iisdem vinculis charitatis, in subjectione atque obsequio omnium legitimo capiti, tota vis illa, ac pulchritudo est, qua hujus mysticum corpus nobilitatur, ac præstat. Quod decus ejus præcipuum ac singulare Redemptor Noster cum et ejus proprium esse, et conservari usque ad consumationem sæculi maxime voluerit in eadem Ecclesia, quam acquisivit sanguine suo, antequam ad patrem ascenderet memorandis illis verbis sic pro ea oravit: » Pater sancte, serva eos quos dedisti mihi, ut » sint sicut et nos . . . ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unam sint.

Memorantur sollicitudines adhibitæ pro obtinenda conservatione pacis, religionis, et unitatis in Gallia.

§. 2. Hæc Nos animo cogitantes simul ac inserutabili divinæ providentiæ consilio ad supremum apostolatus apicem, licet indigni, vocati fuimus, statim convertimus oculos Nostros ad populum acquisitionis, solliciti servare unitatem in vinculo pacis, Galliasque potissimum intuentes, magnitudine regionum, populorum frequentia, ac religionis gloria multis jam sæculis commendatissimas, ma-

ximo dolore affecti sumus cum animadverterimus regiones ipsas, quæ tandem Ecclesiæ decus ac deliciæ extitissent, postremis hisce temporibus intestinis perturbationibus adeo exagitatas fuisse, ut maximum religio detrimentum exinde acceperit, cujus causa recolendæ memoriæ Pius VI. decessor Noster tot, tantasque curas impendit. Nolumus Nos hic commemoratione malorum ea vulnera refricare, quæ divina providentia nunc sanare properat. Quibus Nos divina ope adjuti cum opportuna remedia adhibere maxime cuperemus, illud jam pridem apostolicis Nostri literis die decima quinta maij superieris anni ad universos episcopos datis professi sumus, » nihil optatius contingere » Nobis posse, quam vitam pro filiis » Nostri, qui sunt Galliæ populi, » profunderet, si eorum salus posset » interitu Nostro representari.

§. 3. Ad ea a patre misericordiarum impetranda cum indesinenter preces Nostræ, lacrimæque in maxima animi ægritudine profunderentur, Deus totius consolationis, qui consolat Nos in omni tribulatione Nostra, recordatus misericordiæ suæ respicere dignatus est dolorem Nostrum, ac admirando providentiæ suæ consilio nec opinantibus Nobis aditum aperuit, quo Nos et tantis malis occurrere, et Ecclesiæ unitatem, et charitatem, quam » antiquus humani generis hostis superseminans zozania super mysticum Ecclesiæ agrum » dissolvere, atque extinguere conatus erat, constabillire iterum, ac revocare possemus.

§. 4. Siquidem ille Dominus, » qui dives est in misericordia, » cogitat consilia pacis et non afflictionis, » illustrem virum, penes quem summa nunc Gallicanæ reipublicæ est administratio, eadem cupiditate finem tot malis imponendi inflammavit, ut ejus ope in abundantia pacis, religione restituta, bellicosissima illa natio ad unicum fidei centrum revocaretur.

§. 5. Vix carissimus in Christo filius Noster Napoleon Bonaparte consul primus reipublicæ Gallicanæ sibi gratum fore testificatus est, ut tractatio iniretur, si cujus religionis cultus in Gallia, Deo adjuvante, feliciter restitueretur, gratias egimus Deo, cujus unius misericordiæ hoc Nos beneficium acceptum referebamus. Ita-

Quomodo Deus, precibus annuerit exponitur.

Et Galliæ rectorum inflammasse cupiditate malis remedium imponendi.

Hinc datas fuisse significationes de incuncta tractatione.

que ne Nostro muneri, ac studiis ejusdem primi consulis deessemus, statim venerabilem fratrem archiepiscopum Corinthi ad ineundam tanti hujus negotii tractationem misimus. Qui cum Parisius venisset, multis hinc inde discussis atque animadversis, tandem misit ad Nos articulos quosdam sibi propositos.

Res definita committitur sacrae congregationi.

§. 6. Ad quos diligenter expendendos Nos omni studio animum adjucentes, sententiam etiam audire volumus congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium, qui ad mentem suam de tota hac causa Nobis aperiendam sæpe coram Nobis congregati, et voce et scripto quid sentirent Nobis significaverunt.

Et prædecessorum vestigia sectata sunt.

§. 7. Cum autem in re tanti momenti illud præcipue, ut decebat, curandum existimaverimus, ut vestigia pontificum prædecessorum Nostrorum sequeremur, propterea repetentes memoria ea, quæ ab iisdem facta fuerant in extraordinariis temporum difficiliorum casibus, cum gravissimæ populorum perturbationes exortæ intestinis motibus maximas nationes agitarunt, plura, gravia, et luctuosa accidisse comperimus, quæ ante oculos Nostrorum posita, qua agendi ratione uti possemus Nobis aliquomodo indicarent.

Annendum esse decernitur.

§. 8. Igitur antedictæ congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sententia cognita, post sedulam considerationem propositæ conventioni, qua ratione potuimus, duximus annuendum, atque apostolicam potestatem ad ea omnia proferre, quæ extraordinariæ temporum rationes, atque bonum pacis et unitatis Ecclesiæ a Nobis postulaverunt.

Ad formas propositæ conventionis explicandas Lutetias mittitur præclarus vir cardinalis Consalvi.

§. 9. Quin imo adeo ingenti exarsumus desiderio Galliæ ad unitatem sanctæ Sedis feliciter revocandæ, ut cum allatum ad Nos esset nonnullas formas propositæ conventionis, quam ad ven. fratrem archiepiscopum Corinthi remisimus, ea interpretatione explicari, ut Gallicæ reipublicæ circumstantiis non aptæ viderentur, atque exoptatæ unioni moram aliquam possent inferre, molestissime animo Nostro id ferentes, Lutetias mittere statuimus dilectum in Christo filium Nostrum Herculem s. Agathæ ad Suburram diaconum cardinalem Consalvi, atque a secretis Nostri status, qui (utpote unus ex eorum numero, quos

ad hanc rem congregatos in consilium adhibuimus, quique lateri Nostro continuo in suo munere adhæret) optime omnium et expositarum rerum intelligentiam, et veros animi Nostri sensus poterat explicare, eam etiam illi facultatem impertientes, ut ubi necessitas postularet, in antedictis formis eas mutationes induceret, quæ definitarum a Nobis rerum substantiam integram retinentes, illarum executionem quam celerrimam redderent, et faciliorem viam sternerent conventioni.

Tenor initæ conventionis.

§. 10. Quæ cum a Nobis commissa feliciter Deo favente sint peracta, indeque ab eo una cum ven. fratre Nostro archiepiscopo Corinthi, ac dilecto filio fr. Carolo Caselli ordinis Servorum Mariæ ex-generalis ex Nostra parte, et dilectis in Christo filiis Josepho Bonaparte, et Emanuele Gretet consiliariis status, nec non dilecto in Christo filio presbytero Stephano Bernier paroco s. Laudi Andegavensis ex parte Gallicani regiminis, conventio inter Nos, ipsamque Galliarum regimen Parisiis signata sit, hæc a Nobis adhibitis in consilium venerabilibus fratribus S. R. E. cardinalibus, perscrutata diligenter, atque examini supposita cum talis reperta sit, ut Nostra approbatione confirmari possit, Nos nulla amplius mora interposita per apostolicas has literas nota facimus ea omnia, quæ a Nobis constituta, concessaque sunt ad religionis bonum, internæque Galliarum tranquillitatis conservationem consequendam, atque ad properandam illam tamdiu optatam pacem, ac unitatem, qua Ecclesia sancta in Domino gaudeat, atque lætetur.

§. 11. Atque illa in primis a Gallicano regimine solemniter facta est declaratio, nimirum recognoscere se religionem catholicam, apostolicam, Romanam eam esse religionem, quam longe maxima Gallorum civium pars profitetur. Neque vero haud dissimili modo Nos ipsi recognovimus ex catholico cultu in Gallia constituto, nec non ex particulari ejus professione, quam faciunt reipublicæ consules, eandem religionem maximam utilitatem, maximumque decus percepisse, et hoc quoque tempore prætolari.

De professione religionis catholice apostolice Romanæ.

§. 12. Quibus ita se habentibus, illud præ omnibus constitutum est, ut religio catholica apostolica Roma-

De libero ejus exercitio in Gallia.

na libere in Gallia exerceatur. Illud etiam sancitum est, ut publicus sit illius cultus, habita tamen ratione ordinationum quoad politiam, quas regimen pro publica tranquillitate necessarias existimabit.

De nova diocesium distributione.

§. 13. Deinde cum illud maxime necessarium esse compertum sit, ut de episcopatibus sedibus haberetur, hinc cum Gallicanum regimen novam fieri Gallicarum diocesium circumscriptionem se cupere Nobis significaverit, collatis cum eo consiliis nova a Nobis Gallicarum diocesium circumscriptione fiet; quæ mutua voluntatis conjunctione ita perficietur, ut spiritualibus catholicorum necessitatibus consultum sit.

De sacrificiis ab ordinariis faciendis in resignandis sedibus.

§. 14. Et quoniam tum propter novam hanc ipsam diocesium circumscriptionem, tum propter alias gravissimas causas omnia impedimenta removenda sunt, quæ tanto operi perficiendo adversari possunt, propterea Nos justæ persuasioni innixi Gallicarum ecclesiarum titulares episcopos ita animo esse comparatos, ut eidem religioni omnia sacrificia, ac vel ipsam suarum sedium resignationem litare non sint detrectaturi (quod jamdiu quamplurimi inter ipsos nunquam satis commendandis literis ad rec. me. prædecessorem Nostrum datis die 3. maii 1791. ultro obtulerunt) predictos titulares per Nostras apostolicas literas sollicitudinis plenas adhortabimur, ut Ecclesiæ paci, atque unitati consulant, significabimusque Nos ab eorum, quæ in religionem flagrant, charitate, firma fiducia ea, quæ superius dicta sunt, sacrificia expectare, ne ipsa quidem sedium resignatione excepta, quam Ecclesiæ bonum imperat. Qua hortatione præmissa, eorumque cognita responsione, quam Nostris conformem votis futuram esse haud dubitamus, opportuna media adhibebimus, quibus religionis bono consulatur, atque ut nova circumscriptione peracta Gallicani gubernii vota impleantur, operam impendemus.

De nominatione episcoporum.

§. 15. Archiepiscopus autem, et episcopos novæ circumscriptionis diocesium præficiendos consul primus Gallicanæ reipublicæ nominabit, nominationesque exhibebit intra tres menses, qui promulgationem apostolicæ constitutionis consequentur. Nostris autem quædam nominationem

canonicam dabimus juxta formas relate ad Gallias ante regiminis commutationem statutas.

§. 16. Eadem ratio servabitur tam in nominationibus, quam in canonica institutione eorum, qui in posterum vacantibus sedibus substituentur.

Idem in novis vacationibus.

§. 17. Ut vero ne minimum quidem dubitari possit de sensibus ac mente episcoporum (quamquam etiam sine ullius obligatione juramenti juxta evangelii præscripta quid supremis præpositis debeant optime noverint, atque implere teneantur), quo certiores sint de eorum fide, atque obedientia reipublicæ rectores, consensus ut episcopi, antequam episcopate munus gerendum suscipiant, coram primo consule juramentum fidelitatis emittant, quod erat in more positum ante regiminis commutationem sequentibus verbis expressum: » Ego juro, et promitto ad sancta Dei evangelia obedientiam et fidelitatem gubernio per constitutionem Gallicanæ reipublicæ statuto. Item promitto me nullam communicationem habiturum, nulli consilio interfuturum, nullamque suspectam nationem, neque iatra, neque extra conservaturum, quæ tranquillitati publicæ noceat, et si tam in diocesi mea, quam alibi noverim aliquid in status damnum tractari, gubernio manifestabo ».

De juramento ab episcopis emittendo.

§. 18. Iisdemque de causis consensus ecclesiasticos secundi ordinis in eadem verba jurare coram auctoritatibus civilibus, quæ a rectoribus reipublicæ designabuntur.

Idem pro ecclesiasticis secundi ordinis.

§. 19. Cum in inscrutabili consilio divinæ providentiæ, quæ largitate donorum ubique diffunditur, cuncta regantur in mundo, pietati congruum, et publicæ, quam optamus, felicitati necessarium judicavimus, ut ad utilitatem, salutemque Galliarum publicis precibus divinum auxilium imploretur, idcirco in omnibus templis catholicorum, qui sunt in Gallia, post divina officia his verbis orabitur: » Domine salvam fac reipublicam, Domine salvos fac consules ».

De precibus recitandis pro republica, et consulibus.

§. 20. Constitutis diocesium cum omnino necesse sit limites etiam paræciarum constitui, earum circumscriptionem ab episcopis fieri volumus, quæ tamen circumscriptio suam non sortietur effectum, nisi postquam gubernii consensus accesserit.

De distributione paræciarum.

De iure nomi-
nandi paro-
chos.

§. 21. Jus nominandi parochos ad episcopos pertinebit, qui tamen personas non seligent nisi iis dotibus instructas, quas Ecclesiæ canones requirunt, atque (ut tranquillitas eo magis in tuto sit) gubernio acceptas.

De capitulis,
et seminariis
ecclesiarum e-
piscopaliarum.

§. 22. Cum vero tum clericorum institutioni, tum episcoporum consilio, suæque ecclesiæ administrationi consulere necesse sit, illud non omnimodis, ut iidem episcopi unum habeant in cathedrali ecclesia capitulum, unumque seminarium in sua quisque diocesi, quamvis gubernium ad dotationis obligationem non se adstringat.

De ecclesiis e-
piscopis resti-
tuendis.

§. 23. Quamvis maxime desideraretur a Nobis, ut templa omnia iterum sacris ministeriis exercendis catholicis redderentur, cum tamen id perfici non posse videamus, satis habuimus, quod omnia templa metropolitana, cathedralia, parochialia, aliaque non alienata cultui necessaria episcoporum dispositioni tradantur.

De alienatione
honorum ec-
clesiasticorum.

§. 24. Constantes in proposito ad omnia sacrificia pro bono unitatis descendendi, ad quæ, salva religione, descendendi potest, ut etiam pro viribus Nostris tranquillitati Galliarum cooperemur, quæ denuo totæ turbarentur, si bona ecclesiastica alienata iterum essent repetenda, et ut (quod potissimum est) felix catholice religionis restitutio fiat, prædecessorum Nostrorum exempla sectantes declaramus, eos qui bona Ecclesiæ alienata acquisiverunt, molestiam nullam habituros neque a Nobis, neque a Romanis pontificibus successoribus Nostris; ac consequenter proprietatem eorundem honorum, redditus, et jura iis inhærentia immutabilia penes ipsos erunt, atque ab ipsis causam habentes.

De sustentatione
episcoporum.

§. 25. Sed quoniam Galliarum ecclesiis veteri suo patrimonio privati inveniendæ ratio aliqua est, qua suppleri episcoporum, ac parochorum sustentationi ac decentiæ possit, Galliarum gubernium in se recipit tum episcoporum, tum parochorum, quorum dioceses atque parochias nova circumscriptio complectetur, sustentationem, quæ cuiusque statum deceat.

De novis fun-
dationibus ec-
clesiasticis.

§. 26. Simili modo statutum est Gallicanæ reipublicæ gubernium curaturum, ut catholicis in Gallia li-

berum sit, si libuerit, ecclesiis consulere novis foundationibus.

§. 27. Demum declaravimus re-
cognoscere Nos in primo consule Gallicanæ reipublicæ eadem jura, ac privilegia, quibus apud sanctam Sedem fruebatur antiquum regimen.

De privilegiis
primi consulis.

§. 28. Quod si forte eveniat, ut aliquis ex successoribus hodierni primi consulis catholicam religionem non profiteretur, eo casu super juribus, et privilegiis superius memoratis, nec non super nominatione ad archiepiscopatus, et episcopatus respectu ipsius nova conventio fiet.

Novae conventiones ineundæ pro successoribus primi consulis catholicam religionem non profitentis.

§. 29. Cum itaque omnia, et singula superius recensita ex parte quidem Nostra, ac Nostro, et Sedis apostolicæ nomine a dilecto in Christo filio Nostro Hercule s. Agathæ ad Suburræ diacono cardinali Consalvi a secretis Nostris status, nec non venerabili fratre Josepho archiepiscopo Corinthi, atque dilecto filio Carolo Caselli; ex parte vero et nomine Gallicani gubernii a dilectis in Christo filiis Josepho Bonaparte, et Emanuele Cretet consiliariis status, nec non dilecto in Christo filio presbytero Stephano Bernier paroco s. Laudi Andegavensis, ejusdem gubernii plenipotentariis, Lutetiæ Parisiorum subscripta sint; cumque post hujusmodi conventiones, pacta, et concordata in omnibus et singulis punctis, clausulis, articulis, et conditionibus a præfatis subscripta, pro firmiori eorum substantia robur apostolicæ firmitatis adjicere, et auctoritatem solemniorum, et decretum interponere necessarium sit; Nos ea spe freti fore ut Deus, » qui dives est in misericordia, et a » quò omne datum optimum, et omne bonum perfectum » studia Nostra in sanctissimo hoc opere absolvendo benigno favore prosequi digne- tur, ac ut omnibus amotis impedimentis atque dissidiis vera pietas, et religio majora suscipiant incrementa, sublatisque ex agro Dominico dissentio- num seminibus abundantior in dies honorum operum seges ad ipsius Dei laudem, et gloriam, æternamque animarum salutem succrescat, de venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium consilio, et assensu; ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine supradictas concessio-

Tener confirmacionis apostolicæ.

nes, conventiones, capitula, pacta, et concordata tenore præsentium coherenter ad peculiare chirographum super ipsis articulis appositum adprobamus, ratificamus, et acceptamus, illis apostolici muniminis, et firmitatis robur, et efficaciam adjungimus, omniaque in eis contenta, ac promissa sincere, et inviolabiliter ex Nostra, ejusdemque Sedis parte adimpletum, et servatum iri, tam Nostro, quam Nostrorum successorum nomine promittimus, ac spondemus.

Consolitur ecclesiasticis, qui in sacris constituti matrimonii contractaverunt.

§. 30. Nolumus etiam paternæ Nostræ charitatis non esse participes eos ecclesiasticos viros, qui in sacris constituti matrimonia attentarunt, sive qui a proprio instituto publice desciverunt; ideoque eorum respectu, ipsius etiam regiminis officiis obsecuantes, vestigia sequemur rec. mem. prædecessoris Nostri Julii papæ III., quem admodum in Nostris literis in forma brevis hac eadem die datis pro eorum spirituali salute providetur.

Monitum speciale.

§. 31. Monemus præterea, et hortamur in Domino omnes, et singulos archiepiscopos, et locorum ordinarios juxta novam Gallicanarum diocesium, circumscriptionem canonice instituendos, eorumque successores, itemque parochos, aliosque sacerdotes, in vinea Domini operarios, ut zelo secundum scientiam non in destructionem, sed in ædificationem utentes, ac præ oculis habentes se ministros esse Christi, qui a propheta princeps pacis cognominatus est, qui que transiturus de hoc mundo ad patrem, pacem tamquam propriam hæreditatem apostolis, et discipulis suis reliquit, ut omnes idem sentiant, collatisque in unum studiis ea, quæ pacis sunt, ament, atque sectentur, et quæcumque ut præfertur, concessa, statuta, et concordata fuerunt, accurate, et diligenter servent, atque custodiant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 32. Decernentes eadem præsentis literas nullo unquam tempore de subreptionis, et obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut alio quocumque quamvis magno, et inexcogitato defectu notari, aut impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et inviolabiliter observari debere:

§. 33. Non obstantibus synodalibus et provincialibus, generalibusque conciliis, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis, ac Nostris, et apostolicæ cancellariæ regulis, præsertim de jure quæsito non tollendo, nec non quarumcumque ecclesiarum, capitulorum monasteriorum, aliorumque piorum locorum fundationibus, etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque. Quibus omnibus et singulis illorum tenores pro expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, et expresse derogamus.

Derogatio contrariorum.

§. 34. Præterea quia difficile foret præsentis literas ad singula, in quibus de eis fides facienda fuerit, loca deferri, eadem apostolica auctoritate decernimus, et mandamus, ut earum transumptis etiam impressis, manu tamen publici notarii subscriptis, et sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, plena ubique fides adhibeatur, perinde ac si dictæ præsentis literæ forent exhibitæ, vel ostensæ. Et insuper irritam quoque et inane decernimus, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Fides habenda transumptis.

§. 35. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis, approbationis, ratificationis, acceptationis, derogationis, decreti, statuti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo primo, decimo octavo kalendas septembris, pontificatus Nostri anno secundo.

Sauctio poenalis.



Dat. die
3 novembris
1801
anno II.

LXXXVII

Unio honorum monasterii sanctæ Margarithæ ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis civitatis Fabrianensis alias favore mensæ episcopalis Fabrianensis a Pio pp. VI. peracta revocatur, et ipsam monasterium in illis reintegratur.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Inter gravissimas apostolici ministerii curas, quæ Nos undique premunt, et Nosmetipsos a Nobis sæpe numero rapiunt, vehementer optantes omnibus omnia fieri, vox turturum lingemissentium Nostris inclamans auribus excitat adeo paterna viscera Nostra, ut præsentiora lenitatis media satagamus exquirere, per quæ nutantis animi rejectis ambagibus, indutaque nova securitatis iratione, valeant tum demum solidius in Domino recreari.

§. 2. Delati porro ad Nos fuere nuper ex parte dilectarum in Christo filiarum abbatissæ, et monialium monasterii sanctæ Margarithæ ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis civitatis Fabrianensis gemitis exponentium, quod usque ab anno Domini millesimo septingentesimo octogesimo quinto fel. rec. Pius papa VI. prædecessor Noster per suas literas apostolicas sub datum octavo idus julii, pontificatus sui anno undecimo, dum Fabrianensem ecclesiam, alias a piæ memoriæ Benedicto papæ XIII. similiter prædecessore Nostrò Camerinensi ecclesiæ perpetuo, et æque principaliter unitam, unione hujusmodi apostolica ejus auctoritate dissoluta, cum tota Fabrianensi episcopatu assignata diocesi, a quacumque jurisdictione ordinaria, et delegata tunc, et pro tempore existentis episcopi Camerinensis, et capitulo cathedralis ejus civitatis tam in spiritualibus, quam in temporalibus perpetuo abdicavit, et separavit: unaque simul civitate Mathelica, ejusque territorio ab omni pariter, et quacumque ipsius episcopi Camerinensis jurisdictione, et subjectione perpetuo quo-

que separatis, atque divisis; eam ad episcopalis civitatis gradum evexit, illiusque collegiatam ecclesiam Deparæ virginis, ac divo Bartholomæo dicatam in cathedralem ecclesiam, Sedi apostolicæ immediate subiectam erexit, atque instituit, ipsamque ecclesiam Mathilicensem in cathedralem sic erectam ecclesiæ Fabrianensi prædictæ perpetuo, et æque principaliter univit: inter cætera constituta media pro mensæ scilicet episcopalis Fabrianensis dote, universa bona stabilia, mobilia, census, loca montium, credita, et jura, ad prædictum monasterium, et moniales quomodocumque spectantia, mensæ episcopali Fabrianensi prædictæ extunc, et in perpetuum univit; vetita, et interdicta in futurum prædicto monasterio quacumque novitiarum receptione, et professione; ita ut deputato interim per futurum episcopum Fabrianensem æconomus pro administratione honorum ejusdem monasterii, illorum redditus erogarentur in mantentionem ecclesiæ ejusdem monasterii, et alimoniam tunc inibi existentium monialium, usquequo redactæ fuissent ad numerum quinque sororum, non comprehensis, quas vocant, conversis, iisque ad hunc numerum redactis, tunc episcopus Fabrianensis prædictus, implorata Sedis apostolicæ indulgentia, superstites moniales ad aliud monasterium ejusdem ordinis congruis unicuique assignatis alimentis, transferre deberet, et omnibus ejusdem monasterii redditibus pro sui episcopali mensa prædictus episcopus Fabrianensis integre potiretur; et ad hoc ut interim futuro episcopo Fabrianensi promptiora congruæ sustentationis subsidia non deficerent, idem Pius prædecessor per modum provisionis, temporaneas alias imposuit assignationes annuorum scilicet scutorum centum monetæ Romanæ super redditibus societatis sanctissimi Saffragii in cathedrali ecclesia Fabrianensi erectæ, et aliorum annuorum scutorum septuaginta ejusdem monetæ super redditibus alterius confraternitatis nuncupatæ Charitatis in eadem civitate existentis: ita tamen, ut geminæ hujusmodi assignationes favore dictæ mensæ episcopalis provisionaliter factæ proportionabiliter minui, ac in totum cessare deberent, juxta diminutionem,

Memorantur
quæ fuerunt
disposita
super suppressio-
ne monasterii
in literis apo-
stolicis latis a
pontifice Pio
VI.

et cessationem oneris alendi viventes moniales supradicti monasterii; ipsique insuper futoro episcopo Fabrianensi præter integrum dominium palatii, jam ipsi a prædicta civitate assignati alias etiam dicitur Pius prædecessor concessit mansiones, in quibus a communitate dictæ civitatis retinebatur mons frumentarius, cum onere integrum prædictum palatium cum annexis mansionibus, et ædificiis restaurandi, et conservandi, aliqua etiam disposuit, et ordinavit, prout in literis apostolicis ejusdem Pii prædecessoris desuper expeditis uberius continetur.

Preces parretæ pro obtinenda reintegracione monasterii.

§. 3. At cum in ipso monasterio adhuc superextet numerus duodecim sororum, quas Deus optimus maximus inter multitudines tempestatum, quibus ipsæ fuerunt obnoxie, singularis prædilectionis charismate sospitavit, plerantes ipsæ super hanc monasterii sortem enixas Nobis porrexerunt preces, ut nactis aliunde provisionum mediis, eidem mensæ episcopali Fabrianensi in locum ipsius monasterii bonorum subrogandis, illius conservationi, pro qua ipsius etiam civitatis per publicos representantes Nobis exhibita accesserunt vota, paternam benignitate consolare dignemur.

Negotium examini commissum fuit spectati-simorum virorum.

§. 4. Hinc Nos in hujusmodi supplicantium monialium preces, ac in illius civitatis vota simul intenti, dilectis filiis Sylvestro Bargagnati prælato Nostro domestico, ac priori secularis, et insignis collegiæ Ecclesie sancti Nicolai ejusdem civitatis, ac Nicolao Castreca priori cathedralis ecclesie Fabrianensis, necnon Hieronymo Stelluti Scala ex comitibus Rotuosii, et nobili viro Josepho Castreca Lori, in vim Nostri rescripti diei 25 mensis martii proxime elapsi commisimus, et mandavimus, ut re mature perpensa, et consideratis, quæ ex parte venerabilis fratris Nostri moderni episcopi Fabrianensis, et ex parte earundem monialium deducerentur, agerent cum ipso, et eo consentiente, media opportuna exquirerent, quibus et prædictæ mensæ episcopalis Fabrianensis indemnitati, et prædicti monasterii conservationi per Nos prospici posset.

Votum panditum a deputatis.

§. 5. Cumque ii Nobis retulerint, ea inter cætera ab eis exquisita media, aptiora ad id fuisse reperta, nempe, ut ex bonis prædicti mona-

sterii prædium sub vocabulo Casaledra in territorio Saxoferrati consistens, nec non quatuor loca montium, nonnullique census in sorte scutorum septingentorum monete prædictæ, et apotheca subitas episcopale palatium sita, quorum annui redditus summæ dietarum scutorum centum septuaginta, quæ a prædictis confraternitatibus provisionaliter persolvuntur, respondere videntur, quæque ipsæ moniales capitulariter congregatæ favore mensæ episcopalis prædictæ cedere consenserunt, præter quamdam sacrarum suppellectilium, doliorum, et aliorum utensilium ad idem monasterium pertinentium portionem cum ipsis monialibus, et episcopo prædicto conventam, et jam eidem monialibus traditam, distraherentur, atque dismembrarentur; eaque sic dismembrata, una cum universis, etiam duarum parochialium ecclesiarum, videlicet plebais sanctæ Mariæ de Platea nuncupatæ Castri Cerreti, et alterius abbatiæ pariter nuncupatæ sanctæ Mariæ villæ Paterni ejusdem Fabrianensis diocesis, respective bonis, quæ melioris quidem conditionis, quam cæterorum supradicti monasterii bonorum esse noscuntur, in eventum tamen earundem parochialium ecclesiarum respective vacationis, prævia etiam illarum tituli collatiæ suppressione in eventum præmissum facienda, mensæ episcopali Fabrianensi prædictæ per Nos in perpetuum respective unirentur: ac pro indemnitate curæ animarum earundem parochialium ecclesiarum, ut præfertur, supprimendarum, una, et altera vicariæ perpetuæ in una, et altera parochialibus naivæ prædictis erigerentur: ac ne mensa episcopalis Fabrianensis prædicta onus habeat solvendi congruam vicariis in ipsis parochialibus ecclesiis constituendis, ipsæ scilicet assignationes super redditibus dietarum confraternitatum favore dietæ mensæ episcopalis provisionaliter factæ, applicationi bonorum dietarum parochialium ecclesiarum loco facto, ipsis vicariis per Nos similiter in perpetuum assignarentur.

§. 6. Hæc igitur Nobis proposita media ad majorem Dei omnipotentis gloriam, et monialium earundem solatium, ut ipsæ iis mediantibus, rursus animi tranquillitate reperta, valeant de cætero Altissimo in spiri-

Revocatur unio a prece-dentibus Piaris literis decreta.

tu, et veritate servire, ad effectum perducere volentes: motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, unionem prædictam honorum stabilium, mobilium, censuum, locorum montium, creditorum, et jurium sæpediti monasterii a prædicto Pio prædecessore favore mensæ episcopalis Fabrianensis, ut præfertur, factam, perpetuo revocamus, et annullamus, viribusque, et effectu penitus, et omnino evacuamus: eorundemque honorum mobilium, et immobilium, censuum, locorum montium, creditorum, et jurium prædictorum liberum, directumque dominium jus, et proprietatem eidem monasterio, ejusque monialibus nunc, et pro tempore existentibus tenore præsentium perpetuo de novo concedimus, et assignamus: illudque, et illos in pristinam illorum possessionem, et administrationem restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus; dictisque monialibus, ut ex nunc deinceps in ipso monasterio novitias, ut antea recipere, et ad professionem admittere libere possint, et valeant licentiam, et facultatem concedimus, atque impartimur.

§. 7. Ad consulendum autem indemnitati prædictæ mensæ episcopalis Fabrianensis ex prædictis bonis ipsius monasterii supradictum prædium Casalendra, ut præfertur, nuncupatum, una cum dictis quatuor locis montium, ac censibus in dicta sorte scutorum septingentorum monetæ antedictæ, et apotheca prædicta, ad formam consensus earundem monialium, ut præfertur præstiti, ex nunc, et in perpetuum quoque dismembramus, dividimus, et separamus.

§. 8. Ac præterea unam, et alteram parochiales ecclesias prædictas, ex nunc prout ex tunc, et e contra, cum primum illas per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, seu religionis ingressum, et professionis in ea emissionem dictas parochiales nunc obtinectum, aut alias quovis modo etiam apud Sedem apostolicam, etiam in aliquo ex mensibus Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti, Sedique prædictæ per quascumque constitutiones apostolicas, aut

cancellariæ apostolicæ regulas editas, vel edendas, aut alias quomodolibet reservatis, seu ordinariis collatoribus etiam per constitutiones, et regulas easdem, seu literas alternatarum, aut alia privilegia, et indulta hactenus concessa, et in posterum concedenda competentibus vacare contigerit: illarumque respective titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam parochialium ecclesiarum collatarum; ita quod illæ ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativæ esse desinant, et de cætero uti tales in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi amplius nequeat; et si illas deinceps ullo unquam tempore conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, aliæque dispositiones de illis pro tempore quomodolibet factæ, nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant: perpetuo supprimimus, et extinguimus.

§. 9. Ac tam prædictum prædium Casalendra, ut præfertur, nuncupatum, una cum ipsis locis montium, censibus, et apotheca ex nunc, quam omnia, et singula unius, et alterius parochialium ecclesiarum respective bona, in eundem pariter illarum respective vacationis eventum, prædictæ mensæ episcopali Fabrianensi; ita quod liceat moderno, et pro tempore existenti episcopo Fabrianensi statim ejusdem prædii, ac locorum montium, et censuum, et apothecæ hujusmodi, postquam vero casus vacationis earundem parochialium ecclesiarum evenerit, omnium, et quorumcumque illarum respective honorum prædictorum veram, realem, corporalem, et actuaalem possessionem per se, vel alium, seu alios propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, cuiusvis licentia desuper minime requisita. Cum hoc tamen, quod pro tempore existenti episcopo Fabrianensi earundem parochialium ecclesiarum scilicet respectu primodi-ctæ de Cerreto mantentionis aedium tam illius ecclesiæ, quam rectoralis, et colonicarum respective domorum:

Restitutio honorum favore monasterii.

Consultur indemnitati ecclesie episcopalis Fabrianensis.

Suppressio titularum ecclesiarum parochialium pro tempore vacationis earum.

ac dotem insuper scutorum viginti quinque monetae Romanae uni puellae ab eodem episcopo nominandae, singulis annis tradendi, ac duodecim frumenti coppas quatuordecim pariter in eleemosynam distribuendi: respectu vero secundo dictae de Paterno manutentionis itidem aediam, tam illius ecclesiae, quam rectoralis, et coloniarum respective domorum, respective onera tantum incumbant: reliquis vero infradicendis earundem parochialium ecclesiarum oneribus illarum respective vicariis, ut infra injunctis remanentibus, apostolica auctoritate itidem perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus.

Consulitur etiam animarum pro tempore futurae suppressionis ecclesiarum parochialium.

§. 10. Ne autem animarum cura ipsarum parochialium suppressarum aliquod in posterum detrimentum patiatur in eisdem parochialibus ecclesiis ex nunc pariter, prout ex tunc, et e contra posteaquam illae, ut praefertur, vacaverint, usam, et alteram vicarias perpetuas, ad quas, quoties eas pro tempore vacare contigerit, nominatio personarum idonearum, et illarum respective in dictis vicariis institutio ad eandem modum, et pro tempore existentem episcopum Fabrianensem spectare, et pertinere debeat: ea tamen lege, quod occurrente vacatione ipsarum vicariarum in mensibus praedictae Sedi apostolicae per cancellariae praedictae regulas reservatis, personae ad respective nominatae literas apostolicas ad formam constitutionis pp. Pii V. praedecessoris quoque Nostri, quae incipit = *Ad exequendum etc.* = expedire, ac jura camerae apostolicae, aliisque propterea debita persolvere, omnino teneantur, pro duobus presbyteris, ab eodem episcopo prius examinandis, et approbandis, qui curam animarum earundem parochialium ecclesiarum, ut praefertur, suppressarum laudabiliter exercere teneantur; similiter perpetuo erigimus, atque instituiamus.

Assignatio congruae pro vicariis subrogandis in locum parochiarum.

§. 11. Ut autem utrique vicario praedicto de competenti congrua facilius ab episcopo Fabriano provideri queat, praedictas assignationes super fructibus praedictarum confraternitatum, scilicet scutorum centum septuaginta favore dictae mensae episcopalis provisionaliter factas, perpetuo duraturas esse, dictarumque confraternitatum nunc, et pro tempore

existentes sodales ad integram illarum solutionem mensae episcopali praedictae semper, et in perpetuum faciendam teneri, et obligatos esse, et fore, nec amplius dictas assignationes diminui, vel cessare posse, pari apostolica auctoritate decernimus, atque statuimus. Ita tamen, ut pro tempore existens episcopus Fabrianensis ex praedictis assignationibus, scuta centum et decem vicario primodictae parochialis ecclesiae, scilicet de Cerreto, et scuta sexaginta alteri secundo dictae parochialis ecclesiae vicario, praeter alia scuta viginti ipsi secundo dicto vicario ab eodem episcopo ex infrascripto canone, ut infra, antiquam persolvenda, annis singulis de semestri in semestre in moneta effectiva, ut vulgo dicitur, *sonante*, respective solvere, et subministrare teneatur.

§. 12. Qui quidem vicarii, praeter hujusmodi annuas subministraciones, decimas etiam, aliasque oblationes in quacumque re consistentes ab eisdem respective parochianis exigendi, et omnia emolumenta incerta, ac jura, ab exercitio curae animarum provenientia, quae ipsis rectoribus pro tempore existentibus earundem parochialium ecclesiarum per Nos, ut praefertur, suppressarum, de jure, usu, vel consuetudine, aut alias quomodolibet competebant, et competere poterant, percipiendi jure gaudebunt; et vicissim vicario videlicet primodictae parochialis ecclesiae applicationis missae pro populo, ac manutentionis lampadam per sex anni menses tantum, pro reliquis vero sex anni mensibus ipsa confraternitate sanctissimi Sacramenti in ipsa primodicta parochiali ecclesia canonice erecta illarum manutentioni hujusmodi obligata remanente, ac insuper distributionis candelarum in die festo Purificationis beatae Mariae virginis, ac celebrationis festivitatis titularis primodictae parochialis ecclesiae, omniumque rerum, quae pro divinis peragendis, et ecclesiasticis explendis functionibus necessariae sunt, manutentionis, aliaque etiam imposita, et pro tempore quomodolibet imponenda: vicario vero secundodictae parochialis ecclesiae, similiter applicationis missae pro populo, ac distributionis candelarum in eodem die festo Purificationis beatae Mariae virginis, et celebrationis festi-

Vicariis conceditur etiam jus deservandi.

vitatis consecrationis ejusdem secundodictæ parochialis ecclesiæ, nec non missarum, et prandii dari soliti in die festivitatis sancti Verecundi, ac satisfactionis legati pii quinquaginta duarum missarum, omniumque denique rerum manutationis, quæ pro præfatis divinis peragendis, et ecclesiasticis perfungendis functionibus necessariæ sunt, et quæ similiter imposita tunc, et in futurum quomodolibet erunt imponenda, adimplendi respective onera in perpetuum incumbent.

§. 13. Cum autem Nobis exploratum sit, eundem Pium prædecessorem, eo quod sibi ex parte episcopi Fabrianensis fuerat expositum, quod pro conficienda nova fabrica hospitalis infirmorum in dicta civitate Fabrianensi, fieri non poterat, ut loca pia, quæ jam satis abunde oneribus gravabantur, ad novas taxas pro hujusce fabricæ constructione solvendas impelli possent: quodque communitas dictæ civitatis pro redigendis ad usum habitationis mansionibus illis, ipsi episcopo Fabrianensi, ut præfertur, concessis, in quibus mons frumentarius retinebatur, novisque etiam construendis horreis frumentariis, præter difficultatem inveniendi locum, qui ad hunc effectum esset aptus, multis quidem subiciebatur expensis; precibus idcirco prædicti episcopi annuendo, vigore ejus rescripti editi die vicesima septima junii millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, mandavisse, ut se abstinerent a nova fabrica construenda, episcopus scilicet pro dicto hospitale, communitas vero pro horreis montis frumentarii præfati, relinquendo hospitale in loco, quo erat, et providendo dicto monti ad formam alterius contextualis rescripti ejusdem Pii prædecessoris, donec devolveretur favore mensæ episcopalis fabrica dicti monasterii, in quo collocanda essent tam hospitale, quam mons frumentarius sub annuo discreto canone favore dictæ mensæ in eventum præmissum conveniendo.

§. 14. Nos igitur, attentis præmissis per Nos vigore præsentium novarum literarum dispositis, et ordinatis, prælaudatum rescriptum, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus itidem perpetuo revocamus, suspendimus, atque annullamus; ita tamen, ut communitas prædicta pro

Bull. Rom. Tom. XI. F. 64.

usu horreorum in episcopio existentium, in quibus mons frumentarius ab ipsa retinetur, annum canonem scutorum viginti mensæ episcopali Fabrianensi præfate persolvere teneatur: quæ quidem summa scutorum viginti futuro, et pro tempore existenti vicario secundodictæ parochialis ecclesiæ pro complemento ejus congruæ, ut supra constitutæ, ab episcopo Fabrianensi in moneta pariter, ut vulgo dicitur, sonante, annuatim erit suppeditanda.

§. 15. Præsentibus autem Nostris literas, et in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis juridica, et legitima, pia, privilegiata, ac speciali nota digna de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quopiam alio quantumvis substantiali, et substantialissimo, et inexcogitato, ac specialem, et individuan mentionem requirente defectu notari, vel impugnari, et in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, aut quidquam aliud in contrarium disponi ullatenus unquam posse, nec eas sub quibusvis similium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, quibusvis de causis pro tempore quomodolibet factis comprehendere, vel confundi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc spectat, et spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari, ac eisdem modernis, et pro tempore existentibus monialibus dicti monasterii perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari; sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoran-

Clausulæ salu-
tares et irri-
tantes.

Consulitur con-
structioni ho-
spitalis infir-
morum, et hor-
rei frumenta-
rii.

Idem ut supra

fer contigerit attentari motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus irritum, et inane decernimus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 16. Non obstantibus prædictis literis, supradictoque rescripto ejusdem Pii prædecessoris, ac Nostra, et cancellariæ prædictæ regula de unionibus ad partes committendis, ac de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac quibusvis etiam in synodalibus, provincialibusque, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque ecclesiæ Fabrianensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis personis quomodolibet concessis: quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata, inserti forent: præsentibus pro expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime, ac specialiter, et expressè, nec non opportunè, et valide hac vice dumtaxat, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 17. Volumus autem, ut harum præsentium Nostrarum literarum transumptis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio plena
lis.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ revocationis, suspensionis, annullationis, concessionis, assignationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, dismembrationis, divisionis, se-

parationis, suppressionis, extinctionis, unionis, annectionis, incorporationis, erectionis, institutionis, concessionis, assignationis, decreti, statuti, ac derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo primo, tertio nonas novembris, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXVIII.

Novæ leges indictæ pro incremento curando artis agrariæ.

Pius PP. VII.

Motu proprio.

§. 1. L'oggetto del maggior bene, e vantaggio de' Nostri amatissimi sudditi, al quale son sempre rivolte le Nostre paterne cure, c'indusse sino dai primi di settembre dello scorso anno 1800. ad abolire, e proscrivere tutte le leggi proibitive, e vincolanti, che costituivano l'antico sistema annonario di questa Nostra capitale, ed a sostituirvi un nuovo più adattato regolamento. E queste Nostre provvidenze non tardarono ad avere il loro effetto, poichè avemmo subito la compiacenza di vedere, che mentre le altre popolazioni dello stato, e molto più del restante dell'Italia mancano bene spesso di pane, esso ha sempre abbondato in questa stessa Nostra capitale, ed è stato ancora ad un prezzo meno costoso, che in tutti i predetti altri luoghi. Questa felice esperienza ci determinò ad estendere in seguito, non solo a tutte le provincie dello stato Ecclesiastico lo stesso nuovo regolamento annonario, ma eziandio ad applicare le stesse massime di libero interno commercio agli altri virtuali tutti, e ad ogni altra specie di grascia. E con tanta maggiore alacrità ci determinammo a dare questo grado di estensione alla indicata nuova legislazione, in quanto che vedemmo esser essa

Dat. die
4 novembris
1801
anno II.

Memorantur
leges late su-
per re anno-
naria.

intimamente connessa col grande oggetto dell' accrescimento dell' annua riproduzione, che solo può essere la sorgente dell'abbondanza, e per conseguenza della moderazione dei prezzi dei vittuali, e delle grascie,

Exponitur ratio novarum legum pro curando incremento artis agrariae.

§. 2. Il breve spazio di tempo dacchè questa nuova legislazione si trova in vigore, era per se stesso insufficiente a produrre questo desiderevole effetto nelle circonvicine campagne le quali principalmente, appunto attesi gli enunciati soppressi vincolanti sistemi annonarj, erano a poco a poco cadute nello stato di squallore, in cui ora sfortunatamente si osservano. Se vi è mezzo però di ottenere questo desiderevole intento, certamente si è quello della già accordata indefinita libertà nell' interna circolazione, che col rendere utile la condizione degli agricoltori, fa sì, che l'interesse particolare coincida con quello dello stato, e col pubblico bene. Questo favore dell'agricoltura Noi non perdemmo di vista, neppure in tutti gli altri rami dell' amministrazione economica, intorno ai quali abbiamo estesa la riforma dell' antica legislazione, non avendo a tale effetto lasciato sussistere alcuno degli antichi regolamenti, nè introdottone verun nuovo, il quale anche indirettamente potesse nella più piccola parte opporsi allo sviluppo della industria campestre, ovvero che in qualunque modo difficoltasse la libertà rapporto alle contrattazioni delle derrate, e dei prodotti della terra. E soprattutto poi al favore stesso dell' agricoltura abbiamo avuto riguardo, allorchè ci applicammo alla formazione del nuovo sistema daziale, poichè vedendo, che niuna cosa influisce tanto sull' annua riproduzione, quanto la saggia direzione del tributo, colla Nostra cedola di moto proprio de' 19 marzo scaduto ne simplicizzammo l'antico troppo complicato sistema, ed in particolare poi organizzammo per modo la nuova dativa reale, che essendo essa principalmente regolata sulla attività intrinseca dei terreni, sollecitasse, e necessitasse l'industria della coltura, e avesse conseguentemente anco nello stato Ecclesiastico quella necessaria, e felice influenza sul rifiorimento dell'agricoltura, che hanno precedentemente sperimentato tante al-

Canassonensis, montis Pesulani, Lodovensis, Uticensis, sancti Pontii Thomasiarum, Electensis, Alesiensis, et Elensis; item archiepiscopalis Tolosanæ, et ejus suffraganeorum Montis Albani, Mirapicensis, Vazrensis, Rivensis, Lumbariensis, s. Pauli et Appamiarum; item archiepiscopalis Arelatensis, et ejus suffraganeorum Massiliensis, s. Pauli Tricastrensis, Tolocensis, et Aurajacensis; item archiepiscopalis Aquensis in provinciâ provincie, et ejus suffraganeorum Aptensis, Regensis, Forojulienensis, Vapincensis, et Sistavicensis; item archiepiscopalis Viennensis in Delphinatu, et ejus suffraganeorum Gratianopolitanæ, Vivariensis, Valentinensis, Diensis, Maurianensis, et Gebennensis; item archiepiscopalis Ebreduensis, et ejus suffraganeorum Dignensis, Grassensis, Venciensis, Glandatensis, Seecensis, et Niciensis; item archiepiscopalis Cameracensis, et ejus suffraganeorum Attrebatensis, Audomarenensis, Tornacensis, et Namurcensis; item archiepiscopalis Bisuntinæ, et ejus suffraganeorum Bellicensis; item archiepiscopalis Trevirensis, et ejus suffraganeorum Metensis, Tulleensis, Viridunensis, Nancejensis, et sancti Deodati; item archiepiscopalis Avenionensis, et ejus suffraganeorum Carpeatoratensis, Vasionensis, et Cavallicensis; item archiepiscopalis Mechliniensis, et episcopatum Argentinensis, Leodiensis, Iprensis, Gaudavensis, Antuerpiensis, Ruremundensis, et Bruggensis; item archiepiscopalis Tarantasiensis, et episcopatum Camberiensis, Marionensis, et Aciensis, Adjacensis, Sagonensis, Nebbiensis, et Alerieensis, ita ut (deleto etiam omni jure metropolitico cuiuscumque metropolitane ubicumque existentis) omnes supradicti archiepiscopatus, et episcopatus cum abbatibus, etiam si eæ veræ esseent nullius cum separato territorio, et jurisdictione haberi debeant in posterum tanquam non amplius in primo ipsorum statu existentes, quia aut omnimode extincti, aut in novam formam redigendi.

§. 7. Derogamus item cuiuscumque assensui illorum archiepiscoporum, et episcoporum, capitulorum, ac quorumcumque ordinariorum, quorum ecclesie, et dioceses cum contineantur ex parte in supradicta extensione domini Gallicani, ex hoc

Derogatio assensuum præbendorum ab ordinariis diocetarum diocesis.

tempore haberi debent perpetuo exemptæ, ac separatæ a quacumque jurisdictione, jure, ac prerogativa prædictorum archiepiscoporum, episcoporum, capitulorum, aliorumque ordinariorum ad hoc, ut respective earum partes applicari, uniri, atque incorporari possint cum ecclesiis, ac diœcesibus nova circumscriptione, ut infra erigendis: firmis tamen remanentibus juribus, privilegiis, ac jurisdictione ipsorum archiepiscoporum, episcoporum, capitulorum, et ordinariorum in ea parte territoriorum, quæ dominationi Gallicanæ non subjacet; quod idem decernimus relate ad eas metropolitanas, et cathedrales ecclesias, quas supra nominatim suppressimus, et extinximus, si eae forte partem aliquam suarum diœcesium habent extra fines actualis territorii Gallicanæ reipublicæ, reservata Nobis cura prospiciendi in posterum tum partibus illarum diœcesum, quæ pridem ab episcopis Gallicanis regebantur, atque in aliorum principum ditione nunc constitutæ sunt, tum etiam cathedralibus ecclesiis, quæ extra limites dicti Gallicani territorii existentes antea suffraganeæ essent antiquorum Gallicæ archiepiscoporum, quæque in novo hoc rerum ordine suo metropolitanæ carere inveniantur.

Erectio novarum diœcesum.

§. 8. Volentes nunc necessariam constitutionem ecclesiastici regiminis catholicorum subditorum reipublicæ Gallicanæ exequi, prout etiam Nobis primus consul ejusdem Gallicanæ reipublicæ se desiderare significavit, apostolicis hisce Nostri literis de novo constituimus, et erigimus decem ecclesias metropolitanas, itemque quinquaginta ecclesias episcopales pro totidem archiepiscopis, et episcopis; nimirum ecclesiam archiepiscopalem Parisiensem, et ecclesias episcopales Versalliensem, Meldensem, Ambianensem, Attrebatensem, Cameracensem, Suessionensem, Aurelianensem, et Trecentensem, quas ei in suffraganeas assignamus; ecclesiam archiepiscopalem Bituricensem cum ecclesiis episcopalibus Lemovicensi, Claramontensi, et sancti Flori, quas ei in suffraganeas assignamus; ecclesiam archiepiscopalem Lugdunensem, et ecclesias episcopales Mimatensem, Gratianopolitanam, Valentiniensem, et Camberiensem, quas ei in suffraganeas assignamus; ecclesiam archiepiscopalem

Rothenomagensis cum ecclesiis episcopalibus Ebroicensi, Sagiensi, Bajocensi, et Constantiensi provincie Rothenomagensis, quas ei in suffraganeas assignamus; ecclesiam archiepiscopalem Turonensem, et episcopales Cenomanensem, Andegavensem, Rhedonensem, Nannetensem, Cerisopitensem, Venetensem, et Briocensem, quas ei in suffraganeas assignamus; archiepiscopalem Burdegalensem cum episcopalibus Engolismensi, Pictaviensi, et Rupellensi, quas ei in suffraganeas assignamus; archiepiscopalem Tolosanam, et episcopales Cadunensem, Agennensem, Carcassonensem, Monti Pesulani, et Bajonensem, quas ei in suffraganeas assignamus; archiepiscopalem Aquensem cum episcopalibus Avinionensi, Dignensi, Niciensi, et Adiacensi, quas ei in suffraganeas assignamus; archiepiscopalem Bisuntinam, et episcopales Augustodunensem, Argentinensem, Divionensem, Nancejensem, et Metensem, quas ei in suffraganeas assignamus; archiepiscopalem Mechliniensem cum episcopalibus Tornacensi, Gandevensi, Leodiensi, Aguisgranensi, Trevirensi, et Moguntina, quas ei in suffraganeas assignamus.

§. 9. Maudamus igitur dilecto filio Nostro Joanni Baptistæ S. R. E. presbytero cardinali Caprara ad carissimum in Christo filium Nostri Naupolconem Bonaparte primum Galliarum reipublicæ consulem, Gallicanamque nationem Nostro, et apostolicæ Sedis de latere legato, ut is juxta has Nostras prædictarum ecclesiarum tam archiepiscopalium, quam episcopalium erectiones procedens ad ea constituenda cum congrua unicuique archiepiscopo, et episcopo præstanda assignatione decernat, tum sanctos titulares patronos sub quorum invocatione in unaquaque ecclesia metropolitana, ac cathedrali templum majus erit appellandum, tum dignitates, et canonicos cujuscumque capituli juxta præscriptionem sacrorum conciliorum efformandi, tum singularum diœcesium circuitum, novosque fines clare, atque distincte omnia explicans, atque constituens singulis decretis, quæ ab eo emitti debent in actis omnibus conficiendis, quæ ad singulas, quas diximus ecclesias tam decem archiepiscopales, quam quinquaginta episcopales peculiariter pertinebunt, ad quod præstandum amplissimas

Facultates legato apostolico concessæ pro erectione, et distributione novarum diœcesum.

ei quasque facultates etiam subdelegandas impartimus necessarias, atque opportunas ad probanda statuta respectivorum capitulorum, ad concedendum iisdem choralia insignia, quæ iis convenire arbitrabitur, ad veteres paracias sive suppressendas, sive arctioribus limitibus circumscribendas, sive latioribus amplificandas, et ad novas novis finibus erigendas; itemque ad omnes controversias dijudicandas, quæ suboriri nunquam possent in exequendis iis, quæ per has Nostras literas apostolicas declarata sunt, ac generatim ad ea omnia efficienda, quæ per Nos ipsos effici possent, ut per erectionem prædictarum ecclesiarum archiepiscopaliæ, et episcopaliæ, itemque per erectionem, ut primum commode fieri poterit, seminariarum, ac per constitutionem necessariorum paraciarum cum assignatione congruæ cuilibet parochiæ spiritualibus necessitatibus omnium illorum catholicorum quam citius, atque opportunius provideatur. Ut vero in potestate facienda prædicto Joanni Baptistæ cardinali legato procedendi per se ad omnia, quæ ad constitutionem prædictarum ecclesiarum archiepiscopaliæ, et episcopaliæ necessaria erunt, quia prius ea definita, ut moris est a Sede apostolica constituantur, nihil aliud optamus, nisi ut tanti momenti res ea celeritate, quæ maxime necessaria est, omnino conficiatur, ita eidem cardinali mandamus, ut mittere ad Nos curet exemplaria singula authentica actorum omnium hujus constitutionis, quæ ab eo deinceps conficiantur.

Protestatio specialis.

§. 10. Confidimus autem pro ea doctrinæ, prudentiæ, consilii laude, qua præstat supradictum Joannem Baptistam cardinalem legatum rectissimis Nostris studiis obsecuratum, omnemque operam adhibitarum, ut meliori, qua fieri ratione possit, re tota ad exitum, quem optamus perducta hoc tantum bonum, quod Nos catholice religioni parare omni studio contendimus, auxiliante Deo, tandem aliquando consequi possimus.

Clausule salutare, et irritantes.

§. 11. Præsentem autem Nostras literas, et in eis contenta, et statuta quæcumque etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, vel habere prætendentes etiam quo-

modolibet in futurum, cujusvis status, ordinis, præminentia, et ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis sint, etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni, illis non consenserint; seu quod aliqui ex ipsis ad præmissa minime vocati, vel etiam nullimode, aut non satis, vel sufficienter auditi fuerint: aut ex alia qualibet etiam læsionis, vel alias juridica, et privilegiata, ac privilegiatissima causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, quantumvis magno, inexcogitato, substantiali, et substantialissimo, sive etiam ex eo, quod in præmissis solemnitates, et quæcumque alia forsitan servanda, et adimplenda minime servata, et adimpleta, seu causæ propter quas præsentem emanaverint non satis adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, vel prætextibus notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, apercitionis, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut justitiæ remedium impetrari, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, vel specialibus etiam mota, scientia, et potestatis plenitudine paribus quomodolibet, ac quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, et tanquam ex pontificiæ providentiæ officio, et motu proprio, certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine Nostris factas, et emanatas omnimoda firmitate perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari, ac eandem ecclesiarum, sic ut præfertur, noviter erectarum episcopis, capitulis, et canonicis, aliisque quorum favorem præsentem Nostræ literæ concernunt perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eosdem-

que super præmissis omnibus, et singulis, vel illorum causa ab aliquibus quavis auctoritate quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri posse, neque approbationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem præsentibus Nostris literis narratorum nullatenus unquam teneri, nec ad id in iudicio, vel extra illud cogi, seu compelli posse, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et prorsus inane esse, et fore pari auctoritate volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non dictarum ecclesiarum per Nos, ut præfertur, suppressarum, et extinctarum erectione, et fundatione, omnibusque, et singulis apostolicis, ac in synodalibus quoque, provincialibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus; nec non earundem ecclesiarum per Nos, ut præfertur, suppressarum, et extinctarum etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indultis, concessionibus, et donationibus eisdem ecclesiis, ut præfertur, suppressis, et extinctis, aut quibuscumque personis quacumque ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentibus quantumvis specifica, et individua mentione dignis etiam Romanorum pontificum prædecessorum Nostrarum sub quibuscumque formis, et verborum tenoribus etiam motu simili, et de apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter in contrarium præmissorum concessis, et emanatis, et longissimi, ac immemorabilis temporis usu, possessione, seu quasi exercitis atque præscriptis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, et formis specialis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes ad

Bull. Rom. Tom. XI. F. 65.

præmissorum omnium, et singulorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, ex certa scientia, motuque, et potestatis plenitudine paribus derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 13. Volumus etiam, ut ipsarum præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fides habenda transumptis.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, constitutionis, concessionis, impertitionis facultatum, subjectionis, commissionis, mandati, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo primo, tertio kalendas decembris, pontificatus Nostri anno secundo.

Sanctio poenalis.

XCIII.

Dat. die
29 novembris
1801
anno II.

Concessio pro domino cardinali legato novos episcopos instituendi in Gallia

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Quoniam, favente Deo, spes Nobis affulget assequendi, ut in omnibus locis dominio Gallicanæ reipublicæ ad præsens subjectis unitas Sanctæ Matris Ecclesiæ redintegretur, et catholica religio reflorescat, in quem finem per Nostras apostolicas sub plumbo hac ipsa die datas literas de novo ereximus, atque statuimus decem metropolitanas, et quinquaginta episcopales ecclesias, videlicet archiepiscopalem Parisiensem cum suffraganeis Versallienti, Meldensi, Ambianensi, Atrebatensi, Cameracensi,

Ratio concessionis.

Suessionensi, Aurclianensi, et Treceensi; archiepiscopalem Bituricensem cum suffraganeis Lemovicensi, Claramontensi, et sancti Flori; archiepiscopalem Lugdunensem cum suffraganeis Minatensi, Gratianopolitana, Valentineasi, et Camberienasi; archiepiscopalem Rothomagensem cum suffraganeis Ebroicensi, Sagiensi, Bajocensi, et Constantiensi provincie Rothomagensi; archiepiscopalem Turoensem cum suffraganeis Cenomanensi, Andegavensi, Rhedonensi, Nannetenensi, Corisopitensi, Venetensi, et Briocensi; archiepiscopalem Burdegalensem cum suffraganeis Egolesimensi, Pictaviensi, et Rupellensi; archiepiscopalem Tolosanam cum suffraganeis Cadurcensi, Agenensi, Carcassonnensi, Montis Pessulani, et Bajonensi; archiepiscopalem Aqueensem cum suffraganeis Avenioneasi, Diguensi, Niciensi, et Adiacensi; archiepiscopalem Bisuntinam cum suffraganeis Augustodunensi, Argentiensi, Divisionensi, Nanceiensi, et Metensi; et archiepiscopalem Mechliniensem cum suffraganeis Tornacensi, Gandavensi, Namurcensi, Leodiensi, Aquisgranensi, Trevirensi, et Moguntina; ad quas digni et idonei ecclesiastici viri erunt a primo ipsius reipublice consule nominandi, et a Nobis ac pro tempore existentibus Romanis pontificibus successoribus Nostris approbandi, et servatis formis jampridem constitutis, canonice instituendi juxta conventionem per similes apostolicas sub plumbo literas nuper confirmatam; et quoniam temporis ac circumstantiarum ratio omnino postulant, ut supradicte omnes ecclesie tam metropolitanae quam episcopales, de utili atque idoneo pastore absque ulla, vel minima mora respective provideantur, et idcirco spatium minime suppetit nec habendi notitiam de nominationibus a dicto primo consule faciendis, nec alia hic in urbe gerendi, quae in similibus peragi solent.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos, attentis gravissimis causis animum Nostrum digne moventibus, ut omnia arceantur pericula, et impedimenta tollantur, quae conceptam tanti boni spem irritam fortasse et fructu prorsus vacuum redderent, salva tamen in posterum remanente debita praefatae conventionis observantia, motu proprio et ex certa

scientia, deque matura deliberatione, ac apostolicae potestatis plenitudine dilecto filio Nostrum Joanni Baptistae S. R. E. presbytero cardinali Caprara, ad carissimum in Christo filium Nostrum Neapoleonem Bonaparte, primum Galliarum reipublicae consulem, Gallicanamque nationem Nostram, et apostolicae Sedis de latere legato, potestatem et auctoritatem in hoc tantummodo peculiari casu impertimur, ut ipse nominationes ad praefatas archiepiscopales, et episcopales ecclesias, a primaeva earum erectione nunc vacantes, a supradicto primo consule faciendas excipere, et constituto sibi prius per diligens examen, et per assuetum, ea summaria forma qua fieri possit, informativum processum, de fidei, doctrinae, et morum integritate, de religionis zelo, de judiciis apostolicae Sedis subjectione, deque vera idoneitate, juxta Nostram instructionem, cujuslibet ecclesiastici viri sic nominati, unumquemque eorum, etiamsi doctoratus gradu non insignitum, memoratis archiepiscopalis, et episcopalibus ecclesiis Nostrum nomine respective praeficere, et ad illas instituere possit ac valeat. Plurimum autem ipsius Joannis Baptistae cardinalis legati prudentia, doctrina, et integritate confisi pro certo habemus, neminem ad archiepiscopalem vel episcopalem dignitatem ullo unquam modo ipsum fore admissurum, qui requisitis ad id necessariis juxta canonicas leges non sit apprime suffultus. Eidem insuper cardinali legato omnem facultatem et auctoritatem tribuimus, ut per se, vel per quemcumque alium antistitem ab eo specialiter deputandum, et gratiam ac communionem Sedis apostolicae habentem, accitis, et ad hoc assistentibus vel aliis duobus episcopis, vel duobus abbatibus, seu dignitatibus, aut canonicis, sive in horum defectu etiam duobus simplicibus presbyteris, cuiuscumque ex archiepiscopis, et episcopis sic, ut praefertur, canonice instituendis, emissis prius a quolibet fidei professione, et fidelitatis debito juramento, consecrationis munus impendere libere ac licite similiter possit ac valeat.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, aliisque omnibus et singulis, etiam expressa et individua mentio-

Derogatio contrariorum.

ne dignis, in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die vicesima nona novembris millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

XCIV.

Dat. die
29 novembris
1801
anno II.

Confirmatio decreti lati super nova circumscriptione diœcesium in Gallia.

Nos Joannes Baptista, tituli sancti Honaphrii, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Caprara, archiepiscopus, episcopus Aesinus, Sanctissimi Domini Nostri Pii Papæ VII, et sanctæ Sedis apostolicæ ad primum Galliarum reipublicæ consulem, a latere legatus.

Universis Galliarum populis;
salutem in Domino

Legatus a latere literas apostolicas super circumscriptione diœcesium reepiscopi declarat.

§. 1. Cum sanctissimus Dominus Noster Pius divina providentia pp. VII. ad restituendum in Galliis publicum catholicæ religionis cultum et Ecclesiæ unitatem servandam, conventionem a plenipotentariis Sanctitalatis Sux, et gubernii Gallicanæ reipublicæ Parisiis initam per apostolicas sub plumbo literas incipientes *Ecclesia Christi*, sub datum Romæ apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ 1801. xviii. calendæ septembris, anno pontificatus ejus secundo, solemniter confirmaverit, in iisque apostolicis literis inter cætera illud quoque decretum sit, novam esse faciendam circumscriptionem Gallicanarum diœcesium, hinc Sanctitas Sua ad eandem circumscriptionem peragendam devenit per apostolicas sub plumbo literas tenoris sequentis videlicet.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Tenor literarum apostolicarum.

§. 2. Qui Christi Domini vices in terris gerere, atque Ecclesiam Dei regere constitutus est, omnes occasiones arripere, omnique opportunitate, quæ ei offeratur, uti debet, qua possit et fideles ad Ecclesiæ sinum adducere, et omnia quæcumque iumentur pericula evitare, ne, occasione amissa, spes amittatur etiam ea bona amplius assequendi, quibus catholica religio juvari possit. Hæ fuerunt causæ, quæ Nos superioribus mensibus ad conventionem inter hanc apostolicam Sedem, et primum consulem reipublicæ Gallicanæ invidiam impulerunt, et eadem cogunt nunc ad cætera illa progredi, quæ si differrentur, et gravissimis damnis catholicam religionem affectam videre, et dilapsam spem illam omnem, in quam haud temere ingressi sumus, catholicam unitatem in Gallia retinendi, dolere deberemus.

siones arripere, omnique opportunitate, quæ ei offeratur, uti debet, qua possit et fideles ad Ecclesiæ sinum adducere, et omnia quæcumque iumentur pericula evitare, ne, occasione amissa, spes amittatur etiam ea bona amplius assequendi, quibus catholica religio juvari possit. Hæ fuerunt causæ, quæ Nos superioribus mensibus ad conventionem inter hanc apostolicam Sedem, et primum consulem reipublicæ Gallicanæ invidiam impulerunt, et eadem cogunt nunc ad cætera illa progredi, quæ si differrentur, et gravissimis damnis catholicam religionem affectam videre, et dilapsam spem illam omnem, in quam haud temere ingressi sumus, catholicam unitatem in Gallia retinendi, dolere deberemus.

§. 3. In tanto hoc bono Ecclesiæ comparando cum statuissimus, et novam circumscriptionem diœcesium in Gallia faciendam, et in totis quam late eae patent, regionibus, quæ nunc temporali dominationi reipublicæ Gallicanæ subjacent, decem ecclesias metropolitanas, et quinquaginta episcopales esse erigendas, quarum singulis possent a primo ejusdem reipublicæ consule tribus mensibus, qui proximi promulgationem literarum Nostrarum consequerentur, idonei viri ecclesiastici nominari, ac digni quos consuetis, ut antea, formis, Nos canonicè archiepiscopos, sive episcopos earum ecclesiarum insitueremus; minime putabamus futurum, ut Nos cogi deberemus derogare assensibus legitimorum pastorum, qui pridem ecclesias illas ac diœceses obtinebant, quæ nunc omnes juxta novam circumscriptionem immutatæ, novis pastoribus a Nobis donandæ sunt. Quinimo sperabamus veteres omnes legitimos antistites, tanto præsertim a Nobis studio atque amore, ad vetera ipsorum merita magna atque præclara novo hoc sacrificio augenda, excitatos literis amantissimis Nostris, quod maxime flagitabamus statim responsuros, et sponte ac libere ecclesias suas in manibus Nostris resignaturos. Sed quoniam nunc magna cum animi Nostri ægitudine in eo sumus, ut ex una parte etsi liberæ dimissiones multorum episcoporum ad Nos venerint, multorum tamen aut nondum allatæ sint, aut literæ allatæ, quæ rationes quærent, quibus differ-

De nova erectione sedium faciendâ.

ri hoc sacrificium possit; ex alia vero cum maximum periculum sit, ne, si tanta res longius differatur, spoliata diutius suis pastoribus Gallia, non solum religionis restitutio differatur, sed omnia, quod maxime timendum est, in deterius convertantur, atque spes omnes Nostræ ad nihilum recidant; postulat apostolici ministerii Nostræ ratio, ut Nos, in tanto rei christianæ discrimine, ceteris rationibus omnibus, quamvis gravibus, unitatis, ac religionis causa, quæ omnium potissima est iudicanda, postpositis, ad ea deveniamus, quæ ad opus tam laudabile, tamque Ecclesiæ salutare conficiendum omnino necessaria sunt.

Votum exquisitum ad rem sacræ congregationis cardinalium.

§. 4. Nos itaque, audito consilio plurium venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium, derogamus expresse cuicumque assensui legitimorum archiepiscoporum, episcoporum, et capitulorum respectivarum ecclesiarum, ac aliorum quorumlibet ordinariorum, et perpetuo interdiximus iisdem quodcumque exercitium cuiusvis ecclesiasticæ jurisdictionis, nullius roboris declarantes quidquid quispiam eorum sit attentaturus, ita ut eæ ecclesiæ, et respectivæ earum diœceses, sive integræ, sive ex parte, juxta novam peragendam circumscriptionem, et haberi debeant, et sint revera prorsus liberæ, ut de iis Nos constituere ac disponere ea forma possimus, quæ infra a Nobis indicabitur.

Extinctio sedi um veterum in tota reipublica extantium.

§. 5. Habentes igitur prorsus pro expressis, et integre insertis omnia et singula, quæ præsentibus literis necessario exprimenda, et inserenda forent, supprimimus, annullamus, et perpetuo extinguimus titulum, denominationem, totumque statum præsentem infrascriptorum ecclesiarum archiepiscopatum et episcopatum, una cum respectivis earum capitulis, juribus, privilegiis, et prærogativis cuiuscumque generis, nimirum archiepiscopalis Parisiensis cum suis episcopibus suffraganeis Carnotensi, Meldensi, Aurelianensi, Blesensi; item archiepiscopalis Remensis, et ejus suffraganearum Snessionensis, Catalunensis, Silvaueciensis, Bellovacensis, Laudunensis, Ambianensis, Noviomenensis, Boloniensis; item archiepiscopalis Bituricensis, et ejus suffraganearum Claromontensis, Lemovicensis,

Aniciensis, Tutelensis, et sancti Flori; item archiepiscopalis Lugdunensis, et ejus suffraganearum Eduensis, Lingonensis, Matisconensis, Gabilonensis, Divionensis, et sancti Claudii; item archiepiscopalis Rothomagensis, et ejus suffraganearum Bajocensis, Abrincensis, Ebroicensis, Sagiensis, Lexoviensis, et Constantiensis provinciæ Rothomagensis; item archiepiscopalis Senonensis, et ejus suffraganearum Trecentis, Antissiodorensis, Bethlemitanæ, et Nivernensis; item archiepiscopalis Tironensis, et ejus suffraganearum Cenomanensis, Andegavensis, Rhedonensis, Nannetensis, Corisopitensis, Venetensis, Leonensis, Trecorensis, Briocensis, Macloviensis et Dolensis; item archiepiscopalis Albiensis, et ejus suffraganearum Ruthenensis, Castrensium provinciæ Albiensis, Cadurcensis, Vabrensis, et Mimatensis; item archiepiscopalis Burdegalensis, et ejus suffraganearum Agennensis, Engolismensis, Xantonensis, Pictaviensis, Petragoricensis, Condomiensis, Sarlatensis, Rnpeliensis et Lucionensis; item archiepiscopalis Auxitanensis, et ejus suffraganearum Aqueensis provinciæ Auxitanæ, Lectorensis, Convenarum, Conseranensis, Adurensis, Vazatensis, Tarbiensis, Olorens, Lascurrensis, et Bayoneensis; item archiepiscopalis Narbonensis, et ejus suffraganearum Biterrensis, Agathensis, Nemauseensis, Carcassoneensis, Montis Pessulani, Lodovenensis, Uicensis, sancti Pontii Thomeriarum, Electensis, Alesiensis et Ellenensis; item archiepiscopalis Tolosanae, et ejus suffraganearum Montis Albani, Mirapicensis, Vaurensis, Rivenensis, Lumbariensis, sancti Papuli, et Apptamarum; item archiepiscopalis Arelatensis, et ejus suffraganearum Massiliensis, sancti Pauli Tricastriensis, Tolonensis, et Auraitensis; item archiepiscopalis Aquensis in provincia Provinciæ, et ejus suffraganearum Aptensis, Regensis, Forojuliensis, Vapincensis et Sistaricensis; item archiepiscopalis Viennensis in Delphinato, et ejus suffraganearum Gratianopolitanæ, Vivarensis, Valentiniensis, Dienensis, Maurianeensis, et Gebennensis; item archiepiscopalis Ebrodunensis, et ejus suffraganearum Dignensis, Grassensis, Venciensis, Glandatensis, Senecensis et Niciensis; item archiepiscopalis Cameracensis, et ejus suf-

fraganearum Atrebatensis, Audomaren-
 rensis, Tornacensis, et Namurcensis;
 item archiepiscopalis Bistuntina, et
 ejus suffraganeæ Bellicensis; item
 archiepiscopalis Treverensis, et ejus
 suffraganearum Metensis, Tullensis,
 Verdunensis, Napceiensis, et sancti
 Deodati; item archiepiscopalis Mo-
 gutina; item archiepiscopalis Aven-
 nionensis, et ejus suffraganearum
 Carpentoractensis; Vasionensis, et
 Cavallicensis; item archiepiscopalis
 Mechliniensis, et episcopatum Arg-
 entinensis, Leodiensis, Iprensis,
 Gandavensis, Antuerpiensis, Rure-
 mundensis, et Brugensis; item arch-
 iepiscopalis Tarantasiensis, et epi-
 scopatum Camberiensis, Marianen-
 sis et Acciensis, Adiacensis, Sagonen-
 sis, Nebbiensis et Aleriensis; ita ut
 (deleto etiam omni jure metropoli-
 tico cujuscumque metropolitani ubi-
 cumque existentis) omnes supradicti
 archiepiscopatus et episcopatus cum
 abbatibus, etiam si ea vere essent nul-
 lius cum separato territorio, et juris-
 dictione, haberi debeant in posterum
 tamquam non amplius in primo ip-
 sorum statu existentes, quia aut omni-
 mode extincti, aut in novam formam
 erigendi.

Derogatur as-
 sensui præben-
 do ab episco-
 pis sedes mo-
 do obtinenti-
 bus.

§. 6. Derogamus item cuicumque
 assensui illorum archiepiscoporum,
 episcoporum, capitulorum, ac quo-
 rumcumque ordinariorum, quorum
 ecclesie, ac dioceses, cum conti-
 neantur ex parte in supradicta exten-
 sione domini Gallicani, ex hoc tem-
 pore haberi debebunt perpetuo exem-
 ptæ, ac separatæ a quacumque juris-
 dictione, jure, ac prerogativa prædi-
 ctorum archiepiscoporum, episcopo-
 rum, capitulorum, aliorumque or-
 dinariorum, ad hoc ut respective ear-
 um partes applicari, uniri, atque
 incorporari possint cum ecclesiis, ac
 diocesis nova circumscriptione, ut
 infra, erigendis, firmis tamen re-
 manentibus juribus, privilegiis, ju-
 risdictione ipsorum archiepiscopo-
 rum, episcoporum, capitulorum, et
 ordinariorum in ea parte territorio-
 rum quæ dominationi Gallicanæ non
 subjacet (quod idem decernimus re-
 late ad eas metropolitanas, et cathedrales
 ecclesias, quas supra nomina-
 tim suppressimus, et extinximus, si
 ea forte partem aliquam suarum
 diocesium habent extra fines actualis
 territorii Gallicanæ reipublicæ) reser-

vata Nobis cura prospiciendi in po-
 sterum tum partibus illarum diocesi-
 um, quæ pridem ab episcopis Gal-
 licanis regebantur, atque in aliorum
 principum ditione nunc constitutæ
 sunt, tum etiam cathedralibus ec-
 clesiis, quæ extra limites dicti Galli-
 cani territorii existentes antea suffra-
 ganeæ essent antiquorum Gallie ar-
 chiepiscoporum, quæque in novo hoc
 rerum ordine suo metropolitano care-
 re inveniantur.

§. 7. Volentes nunc necessariam
 constitutionem ecclesiastici regimini
 catholicorum subditorum reipublicæ
 Gallicanæ exequi, prout etiam Nobis
 primus consul ejusdem Gallicanæ rei-
 publicæ se desiderare significavit, apo-
 stolicis hæc Nostris literis de novo
 constituimus et erigimus decem eccle-
 sias metropolitanas, itemque quinqu-
 aginta ecclesias episcopales pro toti-
 dem archiepiscopis et episcopis, ni-
 mirum ecclesiam archiepiscopalem Pa-
 risiensem, et ecclesias episcopales Ver-
 salliensem, Meldensem, Ambianen-
 sem, Atrebatensem, Cameracensem,
 Suessionensem, Aurelianensem, et Tre-
 censem, quas ei in suffraganeas as-
 signamus; ecclesiam archiepiscopa-
 lem Bituricensem cum ecclesiis epi-
 scopalibus Lemovicensi, Clamontensi,
 et sancti Flori, quas ei in suffra-
 ganeas assignamus; ecclesiam archie-
 piscopalem Lugdunensem, et ecclesias
 episcopales Mimatensem, Gratiano-
 politanam, Valentinensem, et Cam-
 beriensem, quas ei in suffraganeas as-
 signamus; ecclesiam archiepiscopalem
 Rothomagensis, cum ecclesiis epi-
 scopalibus Ebroicensi, Sagiensi, Ba-
 jocensi et Constantiensi provincie Ro-
 thomagensis, quas ei in suffraganeas
 assignamus; ecclesiam archiepiscopa-
 lem Turonensem, et episcopales Ce-
 nomanensem, Andegavensem, Rhe-
 donensem, Nannetensem, Corisopi-
 tensensem, Venetensem, et Briocensem,
 quas ei in suffraganeas assignamus;
 archiepiscopalem Burdegalensem, cum
 episcopalibus Engolismensi, Pictavien-
 si, et Rupellensi, quas ei in suffra-
 ganeas assignamus, archiepiscopalem
 Tolosanam, et episcopales Cadurcen-
 sem, Agennensem, Carcassonensem,
 Montis-Pessulani, et Bajonensem, quas
 ei in suffraganeas assignamus; archie-
 piscopalem Aquensem, cum episco-
 palibus Avenionensi, Dignensi, Ni-
 censi, et Adjacensi, quas ei in suf-

Erectio decem
 archiepiscopa-
 tum et quin-
 quaginta epi-
 scopatum.

fraganeas assignamus; archiepiscopalem Bisuntinam, et episcopales Argentinensem, Divionensem, Nanceiensem, et Metensem, quas ei in suffraganeas assignamus; archiepiscopalem Mechliniensem, cum episcopali- bus Tornacensi, Gaodavensi, Namurcensi, Leodiensi, Aquisgranensi, Trevirensi, et Moguntina, quas ei in suffraganeas assignamus.

Assignatio san-
ctorum titula-
rum patrono-
rum, dignita-
tum, capitulo-
rum insignium
aliorumque ho-
norum pro sin-
gulis sedibus
de novo eri-
gendis.

§. 8. Mandamus igitur dilecto fi-
lio Nostro Joanni Baptistæ S. R. E.
presbytero cardinali Caprara ad caris-
simum in Christo filium Nostrium
Naupoleonem Bonaparte priorem Gal-
liarum reipublicæ consulem, Gal-
licanamque nationem, Nostro et apo-
stolicæ Sedis de latere legato, ut is
juxta has Nostras prædictarum eccle-
siarum tam archiepiscopalium, quam
episcopalium erectiones, procedens ad
eas constituendas cum congrua uni-
cuique archiepiscopo et episcopo præ-
standa assignatione, decernat tum san-
ctos titulares patronos, sub quorum
invocatione in unaquaque ecclesia me-
tropolitana, ac cathedrali templum
majus erit appellandum, tum digni-
tates, et canonicos cujuscumque ca-
pituli juxta præscriptum sacrorum con-
ciliorum efformandi, tum singularum
diocesium circuitum, novosque fines,
clare, atque distincte omnia expli-
catis, atque constituens singulis de-
cretis, quæ ab eo emitti debeant in
actis omnibus conficiendis, quæ ad
singulas, quas diximus ecclesias, tam
decem archiepiscopales, quam quin-
quaginta episcopales peculiariter per-
tinebunt, ad quod præstandum am-
plissimas quasque ei facultates, etiam
subdelegandas, imperimus necessa-
rias atque opportunas ad probanda
statuta respectivorum capitulorum,
ad concedendum iisdem choralia in-
signia, quæ iis convenire arbitrabitur,
ad veteres paræcias sive supprimen-
das, sive arctioribus limitibus cir-
cumscribendas, sive latioribus am-
plificandas, et ad novas novis finibus
erigendas, itemque ad omnes contro-
versias dijudicandas, quæ subiri un-
quam possent in exequendis iis, quæ
per has literas Nostras apostolicas de-
clarata sunt, ac generatim ad ea omnia
efficienda, quæ per Nos ipsos effici
possent, ut per erectionem prædicta-
rum ecclesiarum archiepiscopalium,
atque episcopalium, itemque per ere-
ctionem, ut primum commode fieri

poterit, seminariarum, ac per con-
stitutionem necessariorum paræciarum
cum assignatione congruæ cuilibet
parcho, spiritualibus necessitatibus
omnium illorum catholicorum quam-
citius, atque opportunius provideatur.

§. 9. Ut vero in potestate faciendâ
præfato Joanni Baptistæ cardinali le-
gato procedendi per se ad omnia, quæ
ad constitutionem prædictarum eccle-
siarum archiepiscopalium, atque epi-
scopalium necessaria erunt, quin prius
ea definita, ut moris est, a Sede apo-
stolica constituantur, nihil aliud opta-
mus, nisi ut tanti momenti res ea
celeritate, quæ maxime necessaria
est, omnino conficiatur, ita eidem
cardinali mandamus, ut mittere ad
Nos curet exemplaria singula authen-
tica actorum omnium hujus consti-
tutionis, quæ ab eo deinde conficien-
tur. Confidimus autem pro ea doctri-
næ, prudentiæ, consilii laude, qua
præstat, supradictum Joannem Ba-
ptistam cardinalem legatum rectissî-
mis Nostris studiis obsecuratum, om-
nemque operam adhibiturum ut me-
liori, qua fieri ratione possit, re tota
ad exitum quem optamus, perducta,
hoc tantum bonum, quod Nos ca-
tholicæ religioni parare omni studio
contendimus, auxiliante Deo, tandem
aliquando consequi possimus.

De exempla-
ribus actorum
novarum ere-
ctionum Ro-
mam mitten-
dis.

§. 10. Præsentem autem literas,
et in eis contenta et statuta quæcum-
que, etiam ex eo quod cuilibet in
præmissis, seu in eorum aliquo jus,
aut interesse habentes, vel habere
præteritentes etiam quomodolibet in-
futurum, cujusvis status, ordinis, præe-
minentiae, et ecclesiasticæ, vel muni-
cipalis dignitatis sint, etiam specifica,
et individua mentione, et expressione
digni, illis non consentirent, seu quod
aliqui ex ipsis ad præmissa minime
vocati, vel etiam nullimode, aut non
satis, vel sufficienter auditi fuerint,
aut ex alia qualibet, etiam læsionis,
vel alias juridica, et privilegiata, ac
privilegiatissima causa, colore, præte-
xtu, et capite, etiam in corpore juris
classo, nullo unquam tempore de sub-
reptionis, vel obreptionis, aut nulli-
tatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut
interesse habeantium consensus, aliore
quolibet defectu, quantumvis magno,
inexcogitato, substantiali, et substan-
tialissimo, sive etiam ex eo quod in
præmissis solemnitates et quæcumque
alia, forsitan servanda, et adimplenda,

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

minime servata, et adimpleta, seu causæ, propter quas præsentibus emanaverint, non satis adductæ, verificatæ, et iustificatæ fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, vel prætextibus notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut iustitiæ remedium impetrari, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, vel specialibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus quomodolibet, ac quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendere, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, et tanquam ex pontificiæ providentiæ officio, et motu proprio, certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine Nostris factas, et emanatas omnimoda firmitate perpetuo validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo, et inviolabiliter observari, ac earundem ecclesiarum sic, ut præfertur, noviter erectarum episcopis, capitulis, et canonicis, aliisque, quorum favorem præsentibus Nostræ literæ concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eosdemque super præmissis omnibus et singulis, vel illorum causa ab aliquibus quavis auctoritate quomodolibet molestari, perturbari, inquietari vel impediri posse, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem præsentibus Nostris literis narratorum nullatenus unquam teneri, nec ad id in iudicio, vel extra cogi, seu compelli posse, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et prorsus inane esse, et fore, pari auctoritate volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, aliisque Nostris et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non dictarum ecclesiarum per Nos, ut præfertur, suppressarum, et extin-

ctarum, etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, concessionibus et donationibus eisdem ecclesiis, ut præfertur, suppressis, et extinctis, aut quibuscumque personis quacumque ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentibus, quantumvis specifica et individua mentione dignis, etiam Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, sub quibuscumque formis, et verborum tenoribus, etiam motu simili, et de apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter in contrarium præmissorum concessis et emanatis, et longissimi ac immemorabilis temporis usu, possessione, seu quasi, exercitiis, atque præscriptis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, et formis specialis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, ad præmissorum omnium, et singulorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, ex certa scientia, motuque et potestatis plenitudine paribus derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Volumus etiam, ut ipsarum præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fides habenda transumptis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, constitutionis, concessionis, impertitionis facultatum, subjectionis, commissionis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo pri-

Sanctio poena lis.

mo, tertio kalendas decembris, pontificatus Nostri anno secundo.

A. Card. pro-datarius

Visa de curia

J. Manassei

Loco ✕ Plumbi.

R. Card. Braschius de Honestis.

F. Lavizzarius.

Executio literarum apostolicarum expleta a cardinali legato.

§. 14. Hinc est quod Nos obtemperantes mandatis sanctissimi Domini Nostri, ac utentes facultatibus a Sanctitate Sua nobis specialiter delegatis, prævia suppressione, extinctione, et respective dismembratione a Sanctitate Sua, ut supra, factis, et salvis omnibus, et singulis dispositionibus, et ordinationibus in præfatis literis apostolicis contentis, præsertim quod ad eas metropolitanas, et cathedrales ecclesias, quarum diocesium partes extra fines actualis territorii Gallicanæ reipublicæ existunt, necnon earum ecclesiarum, suorumque capitulorum jura, privilegia, et jurisdictionem, itemque quod ad episcopos, qui extra ejusdem territorii limites reperiantur, quique antea veteribus Gallicanis archiepiscopis tamquam eorum suffraganei subdebantur, de quibus omnibus deinde Sanctitas Sua apostolica auctoritate statuet, atque decernet quidquid magis opportunum judicabit, præsentis decreti nostri tenore ad ea omnia procedimus, quæ a Sanctitate Sua in iisdem apostolicis literis supplenda, perficiendaque nobis committuntur, ut nova decem archiepiscopalium, et quinquaginta episcopalium ecclesiarum in regionibus, quæ nunc temporali dominationi reipublicæ Gallicanæ subjacent, erectio a Sanctitate Sua, ut supra, facta numeris omnibus absolvatur, justis gubernii votis, cum quo collatis consiliis omnia, quæ ad restituendam in Galliis catholicam religionem pertinent, acta sunt, respondeatur, conventio denique inter eandem Sanctitatem Suam, guberniumque ipsum inita suum sortiatur effectum.

De finibus novarum diocesium.

§. 15. Ac primum, quoniam a Sanctitate Sua omne onus in Nos transfusum est, circuitum, novosque fines

singularum diocesium decernendi et clare atque distincte ea omnia, quæ ad eosdem pertinent, explicandi, illud juxta receptam et constantissime servatam ab apostolica Sede praxim, et consuetudinem in hanc rem esset a nobis præstandum, ut singulorum locorum ac paræciarum ex quibus unaquæque coalescere debet diæcesis, diligens hoc loco enumeratio perficeretur, ne ullo unquam tempore de ipsis limitibus, et super exercitio spiritualis jurisdictionis a singulis antistitibus exercendæ, exoriri dubium possit, utque propterea omnis inter conterminos episcopos controversiæ præcidatur occasio; nunc tamen neque paræciarum mentio fieri potest, cum novæ earum erectio, et divisio peragi debeat ab archiepiscopis, et episcopis in sua respective diocesi postquam canonice fuerint instituti, juxta facultatem a sanctissimo domino Nostro iisdem tributam in supradictis apostolicis literis incipientibus: *Ecclesia Christi*, neque temporis angustie patiantur, ut loca singillatim enumeremus omnia, ex quibus singularum diocesium territorium constare debet. Ne igitur tantis Gallicanarum ecclesiarum necessitatibus diutius opem et auxilium differamus, utque celerius et ejusdem Sanctitatis Suxæ votis, et repetitis Gallicani gubernii postulationibus, et catholicorum omnium precibus, ac desideriiis satisfaciamus, eam, tot utilitatibus propositis, inire cogimur rationem, qua rem omnem explicare, retentis aliquo pacto Sedis apostolicæ regulis, et consuetudinibus expeditissime possimus.

§. 16. Ratio autem, quam in circuitu, novisque diocesium finibus decernendis sequimur, hæc est. Quoniam scilicet singularum diocesium novæ circumscriptionis territorium complecti debet unam, aut plures ex provinciis, sive regionibus Gallicanis, idcirco earum provinciarum, seu regionum appellationem interea sequemur in designandis locorum spatiis intra quæ cujuslibet metropolitanæ, et cathedralis ecclesiæ, eorumque antistitum jurisdictio sese continere debet. Hunc vero actum novorum antistitum auxilio et adjuncta paræciarum omnium et locorum in unaquaque diocesi contentorum descriptione tunc plenius exactiusque perficiemus, cum ii, secundum ea quæ ab iisdem

Idem ut supra

diligenter postulabimus, quidquid ad idem opus numeris omnibus absolvendum necessarium erit, Nobis supeditabunt.

De titulis singularum ecclesiarum.

§. 17. Ut autem una et brevitati, et perspicuitati inserviamus, singulis metropolitanis et cathedralibus, ut supra, erectis, propriam metropolitanam, et cathedralem respective ecclesiam, titulosque sanctorum patronorum, sub quorum invocatione appellandæ erunt prætigemus, nominaque provinciarum, seu regionum adjungemus, quarum integram extensionem, præter ipsam civitatem, in qua metropolitana, vel cathedralis erecta est, pro diœcesi singulis supradictis ecclesiis intendimus assignare.

De elenco novarum diœcesium.

§. 18. Itaque ad majorem omnipotentis Dei gloriam, beatissimæ virginis Mariæ, quam inclita Gallicana natio, ut patronam præcipue veneratur, sanctorumque, quos singulæ diœceses in patronos pariter habebunt, honorem, itemque ad catholicæ religionis conservationem, et incrementum, utentes facultatibus nobis, ut supra, tribulis, metropolitanarum et cathedralium ecclesiarum titulos, novarumque Gallicanarum diœcesium limites in subjecto elenco describimus, atque assignamus, eundem tenentes ordinem, quem Sanctitas Sua in designandis novis metropolitanis cum suis suffraganeis ecclesiis secuta est: (*)

§. 19. Optabat quidem Sanctitas Sua, ut archiepiscopalis, seu episcopalis cathedræ honor conservaretur pluribus aliis ecclesiis, quæ cum propter antiquitatem originis, quam a primis christianæ religionis exordiis repetunt, venerabiles, tum propter earum prærogativas, suorumque antistitum gloriam celeberrimæ, optimeque de catholica religione sunt meritæ. Quoniam vero temporum difficultates et circumstantiæ locorum id minime passæ sunt, maxime expediens videtur, ut aliquarum saltem ex illustrioribus, quod catholicorum desiderii respondet, memoria retineatur, quæ novis antistitibus ipsa per se ad omnem virtutem præbeat incitamenta. Propterea nos de præfata apostolica auctoritate, tum generalim in præinsertis apostolicis sub plumbo literis, tum in specialibus sub annulo piscatoris, die 29 novembris an. 1801. a Sanctitate Sua datis, nobis tributa, aliquibus ecclesiis noviter erectis, intra quarum diœcesium (si de cathedralibus, si vero de metropolitanis agitur intra quarum metropoleon), fines antiquæ supradictarum insignium ecclesiarum, quæ, ut præfertur, suppressæ et extinctæ sunt, diœceses, vel earum pars aliqua consistit, denominationem, et titulum earumdem antiquarum ecclesiarum adjungimus, et applicamus, juxta hanc Nostram quam hic addimus enumerationem.

De abrogatis ecclesiis illustribus titulis, novis adjectis.

(*) Vide elencum adjunctum pag. cit. lit. A.

E L E N C H U S

Ecclesiarum metropolitanarum et cathedralium novæ erectionis, quibus denominationes, et tituli suppressarum ecclesiarum sive archiepiscopalium, sive episcopalium, applicati sunt.

*Metropolitane novae erectionis**Tituli archiepiscopalium suppressarum*

Parisiensis	Rhemensis, et Senonensis.
Lugdunensis	Viennensis, et Ebredunensis.
Tolosana	Auxitanensis, Albiensis, et Narbonensis
Aquensis	Arelatensis.

§. 1. Quam singularis in divino honore promovendo, fideque augenda, et religione Nostra propaganda Hispaniarum regum catholicorum semper extiterit zelus, cum ex multis ab ipsis regibus fortiter, sapienterque gestis apparet, tum etiam ex eo quod religiosus viris evangelicum lumen apud remotissimas, et effera-

Laudes regie
catholicæ.

tas gentes diffundere nitentibus gratia, studio, ope, et præsidio adesse nullo unquam tempore destiterunt.

Ratio concessio-

§. 2. Quamquam vero evangelicorum operariorum hujusmodi labores, curæ, et pericula in illis regionibus tot, tantaque sunt, ut humanis præmiis non apte decorari posse videantur, tamen, ne quis existimet, eosdem religiosos viros dignitatis gradibus, quos in nationalibus suis conventibus degentes assequi potuissent, prorsus privari, atque ut immortalis gloriæ sibi paratæ in coelis quidquam decoris præcedat etiam interris, carissimus in Christo filius Noster Carolus earumdem Hispaniarum rex catholicus, ac regnorum non minus, quam avitarum virtutum hæres anno MDCCXCIV. ab hac apostolica Sede petiit, et obtinuit, ut per apostolicas in simili forma Brevis tunc expeditas literas nonnulli statuerentur honores fratribus ordinis Prædicatorum, qui in California sibi subjecta se in sacris missionibus explendis ad statutum tempus exercuissent: nunc autem, ut quibus communes sunt labores, communia sint et præmia eosdem honorificos gradus pro fratribus ordinis eremitarum sancti Augustini in Indiis eodem evangelico ministerio fungentibus a Nobis, et Sede prædicta constitui plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-

§. 3. Nos igitur, quibus pro pastoralis officii humilitati Nostræ ex alto commissi sollicitudine nihil gratius, nihil antiquius esse debet, quam in eos beneficia effundere, qui de catholica religione sunt benemeriti, piis ipsius Caroli regis votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ac omnes, et singulas personas, quibus præsentibus Nostræ literæ favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnibus, et singulis fratribus ordinis prædicti sancti Augustini, de quibus per literas testimo-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 65.

niales vicarii provincialis, seu superioris missionum, ordinarii ecclesiastici, et pro-patroni regii etiam, quatenus opus erit, apud regium consilium Indiarum ejusdem Caroli regis exhibendas, se in regnis Indiarum in optimos evangelicos ministros gessisse constet, si per duodecim annos, gradum prædicatoris, seu concionatoris jubilati, si per sexdecim annos, gradum præsentati, si per annos viginti, gradum prædicatoris generalis in omnibus, et singulis suis provinciis, et conventibus, ac cum omnibus respectivis honoribus, privilegiis, juribus, gratiis, exemptionibus, et indultis, quæ gradibus prædictis juxta ipsius ordinis statuta, et stabilimenta, vel de jure, usu, et consuetudine respective annexa sunt, in omnibus, et per omnia, perinde ac si eosdem gradus revera, ac de justitia obtinuissent, apostolica auctoritate, quin ullam habeant necessitatem literarum patentalium superioris generalis ordinis, sed vigore dumtaxat præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostræ poenis omnibus, et singulis superioribus, ac fratribus, et personis, coeterisque quibuscumque, ad quos quomodolibet spectat, et in futurum spectabit, ut eosdem evangelicos ministros gradibus, honoribus, ac privilegiis uti, frui, et gaudere sinant, et permittant.

Præcepto de obediendo.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, ac auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio con-
trariorum.

§. 6. Non obstantibus constitu-
tionibus, et ordinationibus apostoli-
cis, nec non dicti ordinis etiam ju-
ramento, confirmatione apostolica,
vel quavis firmitate alia roboratis sta-
tutis, et consuetudinibus; privilegiis
quoque, indultis, et literis apostoli-
cis superioribus, et personis sub qui-
buscumque teoribus, et formis, ac
cum quibusvis etiam derogatoriis
derogatoriis, aliisque efficacioribus,
efficacissimis, ac insolitis clausulis,
irritantibusque, et aliis decretis in
genere, vel in specie, ac aliis in
contrarium præmissorum quomodo-
libet concessis, approbatis, et in-
novatis: quibus omnibus, et singu-
lis illorum tenores præsentibus pro
plene, et sufficienter expressis, ac de
verbo ad verbum insertis habentes,
illis alias in suo robore permansuris,
ad præmissorum effectum hac vice
dumtaxat specialiter, et expresse de-
rogamus, caeterisque contrariis qui-
buscumque.

Fides haben-
da transum-
ptis.

§. 7. Volumus autem, ut præ-
sentium literarum transumptis, seu
exemplis manu alienjus notarii pu-
blici subscriptis, et sigillo personæ
in ecclesiastica dignitate constitutæ
munitis eadem prorsus fides in ju-
dicio, et extra illud adhibeatur, quæ
ipsis præsentibus adhiberetur, si fo-
rent exhibitæ, vel ostensæ. Datum
Romæ apud sanctam Mariam Major-
em sub annulo piscatoris die vice-
sima tertia decembris millesimo octin-
gesimo primo, pontificatus Nostri
anno secundo.



XCVIII.

Dat. die
23 decembris
1801
anno II.

Erectio ecclesiæ sanctæ Mariæ de Vi-
ctoria in titulum presbyteralem.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Christiani gregis pastor uni-
versalis, cui rex ipse coelestis eccle-
siarum omnium curam commisit,
de earundem statu præcipue excog-
itans, plerumque plenitudine suæ
potestatis nonnulla, habita prævia con-
sultatione disponit, et ordinat, quæ
dum illarum regimen alicui credere
atque assignare statuit, in Domino
conspicit salubriter expedire.

Præmium.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus,
ecclesia sancti Matthæi in Me-
rulina nuncupata de urbe, quæ ti-
tulus presbyteri cardinalis existit,
cui bo. me. Andreas, dum viveret
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis
Corsini nuncupatus, olim præerat,
ex eo quod dictus Andreas, dimissa
prius per eum dicta ecclesia s. Mat-
thæi, ecclesiam episcopalem Sabin-
ensem certo tunc expresso modo va-
cantem, de more optavit, per di-
missionem, et optionem huiusmodi
vacaverit, et vacet ad præsens; et
inde ob temporum circumstantias, ita
diruta, et pene a fundamentis eru-
ta sit, ut non solum in ea divini
cultus exercitium defecerit, sed vix
vestigia de ea reperiantur, pro eo
quod ad ecclesiam huiusmodi in pri-
stinum redigendum statum, maxime
esset elaborandum, atque impen-
dendum.

Ratio concess-
ionis.

3. Nos attenta de hoc relatione
congregationis venerabilium fratrum
Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
cardinalium sacris ritibus præposi-
tæ, ecclesiam præfatam s. Matthæi,
donec et quousque in pristinam con-
ditionem fuerit redintegrata, in ti-
tulum alicui ex ejusdem Sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ cardinalibus conferre,
et assignare suspendimus.

Suspensio col-
lationis in ti-
tulum cardi-
nalatus usque
ad plenam re-
integratio-
nem.

§. 4. Ne autem in hac alma ur-
be Nostra juxta constitutionem feli-
cis recordationis Sixti papæ V. præ-
decessoris Nostri ecclesiarum nume-
rus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ card-
inalibus in titulum assignandarum,

Subrogatur in
ejus locum
ecclesia s. Ma-
riæ de Victo-
ria nuncupa-
ta.

interim minuat, in ejusdem s. Matthæi ecclesiæ locum, causa hujusmodi tantum durante, motu proprio, de venerabilium quoque fratrum Nostrorum prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ecclesiam s. Mariæ de Victoria nuncupatam de urbe prædicta in titulum presbyteralem cardinalitum creamus, erigimus, atque constituimus, illiusque bona, membra, et jura, legibus eisdem, ut in aliis hujusmodi ecclesiis a prædicto Sixto, aliisque Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, in titulum cardinalitum usque adhuc erectis, factum cognoscimus, de more submittimus; ita ut ecclesia præfata s. Mariæ de Victoria in titulum cardinalitum per Nos, sicut præfertur, erecta, ex nunc deinceps, et donec causæ propter quas præsentis literæ emanarunt, in aliarum ecclesiarum hujusmodi numero recenseatur, et uni ex ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus presbytero, in titulum assignari, et conferri volumus, atque statuimus.

Derogatio consuetudinum.

§. 5. Non obstantibus prædicti Sixti, ac aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrum constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque respective ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, et liberis apostolicis quibusvis personis quavis auctoritate concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime et plenissime, ac specialiter et expresse, nec non opportune et valide, hac vice dumtaxat, harum

serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam Nostræ suspensionis, erectionis, constitutionis, subjectionis, voluntatis, statuti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo primo, decimo kalendas januarii, pontificatus Nostrî anno secundo.

Sancti pena
lis.

Visa

I. Manassei

A. card. pro-datarius

R. card. Braschius de

Honestis

F. Lavizzarius

Sanctæ Mariæ de Victoria

§. 7. Hanc ecclesiam in titulum presbyteralem cardinalitum erexit Pius Papa VII. in consistorio secreto die xxiii. decembris MDCCCI in locum ecclesiæ presbyteralis sancti Matthæi in Merulana, durante tantum devastatione hujus ecclesiæ.

Notitia circa
originem ecclesie s. Mariæ de Victoria.

§. 8. Prima vero mens fuerat pontificis supprimendi hunc titulum sancti Matthæi, attenda ipsius ecclesiæ devastatione: sed proposito dubio in prima sacrorum rituum congregatione, „ An titulus s. Matthæi in Merulana sit supprimendus? „ Ob votorum inæqualitatem nil conclusum remansit. In secunda „ Negative „ In tertia „ Negative „ fuit resolutum: ideoque pontifex statuit ut supra etc.

Rescripta s. congregationis Rituum super suppressione ecclesie s. Matthæi in Merulana.



Dat. die
23 decembris
1801
anno II.

IC.
Concessio usus mantellettæ loco mozzettæ pro archipresbytero collegiatae ecclesiæ terræ de Otricoli Narniensi diocesis.

Dilecto filio Nicolao Niccolò insignis collegiatae ecclesiæ terræ de Otricoli Narniensi diocesis archipresbytero.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Proemium.

§. 1. **E**x Romani pontificis, et apostolicæ Sedis beneficentia provenire dignum est, ut in illis ecclesiis, in quibus ad majorem omnipotentis Dei gloriam sacra ministeria, divinæque laudes magna cum ministrorum frequentia, et confluentium honorum pietate celebrantur primi ministrorum præcipuis insigniis, et sacris indumentis decorentur.

Expositio præcæ.

§. 2. Quoniam vero, sicut Nobis nuper exponi fecisti tu qui, (ut asseris) in sac. diaconatus ordine constitutus, ac insignis collegiatae ecclesiæ terræ de Otricoli Narniensi diocesis archipresbyter, qui inibi prima dignitas est, existis, et usum mozzettæ cum rocchetto habes, quemadmodum alii canonici ex concessione apostolica gestare solent, loco mozzettæ hujusmodi mantellettæ nigræ supra rocchetto usum per Nos concedi summopere desideras. Nobis propterea humiliter supplicare fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignareretur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi, tisque pro tempore in dignitate archipresbyteri hujusmodi successoribus loco mozzettæ usum mantellettæ

nigræ supra rocchetto tam in choro, quam in quibusvis functionibus, et actibus capitularibus tum publicis, tum privatis, ac processionibus pro tempore in dicta terra de Otricoli, et diocesi Narniensi habeadis, sine ullo tamen præjudicio tibi ratione dignitatis hujusmodi competentium habere libere, et licite possis, et valeas, dictique successores prædicti possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac tibi, successoribusque prædictis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatae ecclesiæ, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die vicesima tertia decembris millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio con-
trariorum.

Dat. die
23 decembris
1801
anno II.

C.

Instante rege catholico, fratribus ordinis Eremitarum s. Augustini excalceatorum recollectorum nuncupatorum in Indiis missionum munere functis diversi statuuntur dignitatis gradus.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Laudes regis
catholici.

§. 1. **Q**uam singularis in divino honore promovendo, fideque augenda, et religione Nostra propagauda Hispaniarum regum catholicorum semper extiterit zelus, cum ex multis ab ipsis regibus fortiter, sapienterque gestis apparet, tum etiam ex eo quod religiosi viri evangelicum lumen apud remotissimas, et efferatas gentes diffundere nitentibus gratia, studio, ope, et praesidio adesse nullo unquam tempore destiterunt.

Ratio concessio-

§. 2. Quamquam vero evangelicorum operariorum hujusmodi labores, curae, et pericula, in illis regionibus tot, tantaque sunt, ut humanis praemiis non apte decorari posse videantur, tamen ne quis existimet, eosdem religiosos viros dignitatis gradibus, quos in nationalibus suis conventibus degentes assequi potuissent, prorsus privari, atque immortalis gloriae sibi paratae in caelis quidquam decoris praecedat etiam in terris, carissimus in Christo filius Noster Carolus earumdem Hispaniarum rex catholicus, ac regnorum non minus, quam avilarum virtutum haeres anno millesimo septingentesimo nonagesimo quarto ab hac apostolica Sede petiit, et obtinuit, ut per apostolicas in simili forma Brevis tunc expeditas literas nonnulli statuerentur honores fratribus ordinis Praedicatorum, qui in California sibi subjecta se in sacris missionibus explendis ad statutam tempus exercuissent: nunc autem, ut quibus communes sunt labores, communia sint et praemia eosdem honorificos gradus pro fratribus ordinis Eremitarum s. Augustini excalceatorum recollectorum nuncupatorum in Indiis eodem evangelico ministerio fungentibus, a Nobis, et Sede praedicta constitui plurimum

desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportuae providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, quibus pro pastoralis officii humilitati Nostrae ex alto commissi sollicitudine nihil gratius, nihil antiquius esse debet, quam in eos beneficia effundere, qui de catholica religione sunt benemeriti, piis ipsius Caroli regis votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ac omnes, et singulas personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantam rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnibus, et singulis fratribus ordinis praedicti, de quibus per literas testimoniales vicarii provincialis, seu superioris missionum, ordinarii ecclesiastici, et pro-patroni regii etiam, quatenus opus erit, apud regium consilium Indiarum ejusdem Caroli regis exhibendas, se in regnis Indiarum in optimos evangelicos ministros gessisse constet, si per duodecim annos, gradum ex-definitoris provinciae, si per sexdecim annos, gradum lectoris jubilati, si per annos viginti, gradum ex-provincialis cum loci praecedentia, sed sine ferendo suffragio in capitularibus congressibus; et quatenus praeterea munere etiam vicarii provincialis per quinquennium functi sint, eundem ex-provincialis gradum sum suffragio ferendo in dictis capitularibus congressibus, sed sine praecedentia loci, quae ex-provincialibus, quos de jure appellant, etiam junioribus remaneat, cum omnibus, et singulis reliquis respectivis honoribus, privilegiis, juribus, gratiis, exemptionibus, et indultis, quae gradibus praedictis juxta ipsius ordinis statuta, et stabilimenta, vel de jure, usu, et consuetudine respective annexa sunt in omnibus, et per omnia, perinde ac si eosdem gradus revera, ac de justitia obtinuissent, apostolica auctoritate, quin ullam habeant necessitatem literarum patentium superioris generalis ordinis, sed vigore dumtaxat

Tenor concessio-

præsentium concedimus, et indulgemus.

Preceptum de obediendo. §. 4. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, omnibus, et singulis superioribus, ac fratribus, et personis, cæterisque quibuscumque, ad quos quomodolibet spectat, et in futuram spectabit, ut eosdem evangelicos ministros gradibus, honoribus, ac privilegiis uti, frui, et gaudere sinant, et permittant.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes easdem præsententes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 7. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu

exemplis, etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ ecclesiasticæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberentur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia decembris millesimo octingentesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

CL

Dat. die
11 januarii
1832
anno II.

Concessio juris privati pro fabricatione vitrorum in civitate, et diocesi Asculana favore Augustini Benignetti

Giuseppe del titolo di s. Pietro in Vincoli prete cardinal Doria Pamphili della R. C. A. pro-camerlengo.

§. 1. **A** avendo conosciuto la Santità di Nostro Signore Papa Pio VII. le felici conseguenze, che risultano dall'introduzione di nuove manufatture in quei luoghi del suo stato, che ne sono privi, si è benignamente degnata di accogliere l'istanza di Agostino Benignetti concedendogli per un decennio la privativa di poter erigere nella città, e territorio di Ascoli una, o più fabbriche di vetraria nei termini del qui inserto chirografo segnato dalla stessa Santità Sua il dì 11 del prossimo passato mese di gennaio, ed esibito negli atti dell'infrascritto segretario, e cancelliere della reverenda camera apostolica del tenore seguente cioè.

Reverendissimo
cardinal Giuseppe Doria Pamphili
pro-camerlengo.

§. 2. » Lo stabilimento di nuove fabbriche di utili manufatture, » poichè tende direttamente al pubblico bene è un oggetto, che esige » tutta la considerazione, e riguardi » sovrani. Fra le sorgenti infatti dell' » opulenza, e della floridezza di uno » stato, deve senza fallo annoverarsi » si l'industria dell' arti, la quale

Tenor chirographi.

» mentre fornisce l'interno della ne-
 » cessarij commodi della vita aumen-
 » ta la pubblica ricchezza, median-
 » te l'esterna esportazione de' suoi
 » prodotti. Questi giusti principj, de'
 » qualsiamo intimamente persuasi ci
 » hanno, indotti a benignamente ac-
 » cogliere la supplica ultimamente
 » esibitaci da Agostino Benignetti di
 » Ascoli, il quale dopo averci rap-
 » presentato, che la surriferita sua
 » patria, ed il suo territorio per es-
 » ser privo del tutto delle fabbriche
 » di vetraria, è costretta a ricorrere
 » con infinito pregiudizio a quelle di
 » altri dominj per provvedersi in esse
 » degli utensili tutti di questa mate-
 » ria, i quali si rendono presso, che
 » necessarij agli usi della vita. Si è
 » egli stesso esibito di erigere a tut-
 » to suo rischio, e spese una fabbri-
 » ca di simili manufatture a condi-
 » zione di riportar da Noi la grazia di
 » poter esercitare, e condurre privativa-
 » mente la fabbrica stessa per un lasso
 » determinato di tempo. Ed avendoci
 » voi riferito che col mezzo del go-
 » vernatore di detta città avete pie-
 » namente verificato la sussistenza
 » dell'esposte rappresentanze, e che
 » realmente sarà per risultare alla
 » sovraindicata città, e territorio mol-
 » to utile dalla istituzione della fab-
 » brica, che si richiede, siamo ven-
 » nuti nella determinazione di con-
 » discendere all'istanza suddetta. Col
 » mezzo pertanto del presente No-
 » stro chirografo, in cui abbiamo
 » per espresso, e di parola in pa-
 » rola inserito il tenore di detta sup-
 » plica esibitaci non meno, che dell'
 » informazione riportata dal giudi-
 » cante locale di detta città di Ascoli,
 » e di ogni altra cosa, quantosivo-
 » glia necessaria ad esprimersi diamo
 » e concediamo ad Agostino Beni-
 » gnetti di Ascoli il diritto privativo
 » di fabbricare, e lavorar qualunque
 » specie di vetri, e formare ogni spe-
 » cie di manufattura, colli seguenti
 » patti, e condizioni

I.

» §. 3. Che il suddetto privilegio di
 » privativa fabbricazione debba inten-
 » dersi soltanto esteso nella Nostra
 » città, e territorio di Ascoli ad ecce-
 » zione di quei luoghi i quali seb-
 » bene esistenti nel surriferito terri-

» torio potessero nulladimeno essere
 » compresi nell'altra simil privativa,
 » di cui trovasi in possesso Antonio
 » Cruciani di Macerata; e che a for-
 » ma della concessione riportata in
 » vigore di chirografo concesso a fa-
 » vore del medesimo dalla fel. me-
 » di Pio Papa Sesto sotto il dì 8.
 » febraro 1787. da durare per anni
 » venti, e si estende quaranta miglia
 » all'intorno di detta Nostra città di
 » Macerata, quali luoghi, per con-
 » seguenza dovranno continuare a ri-
 » manere compresi nella privativa del
 » Cruciani fino, che sarà essa in vi-
 » gore, e questa cessata in febraro
 » dell'anno 1808. resteranno incluse
 » nella presente privativa.

II.

» Che il suddetto privilegio esclu-
 » sivo s'intenda limitato, e ristretto
 » soltanto alla fabbricazione, e non
 » mai alla vendita de' generi mani-
 » fatturati in modo che a niun altro,
 » fuori che al suddetto Benignetti, o
 » chi avrà causa da lui sia lecito di
 » lavorare, o costruire entro la sud-
 » detta estensione di territorio, così
 » privilegiato, alcuna sorta di vetri co-
 » me tutti possano spacciare, e ven-
 » dere le simili manufatture di vetro
 » tanto prodotte da altre fabbriche no-
 » strali, quanto di estera provenien-
 » za, purchè per questo stiasi pagato
 » la gabella, la quale trovasi attual-
 » mente in vigore.

III.

» Che la presente concessione
 » s'intenda accordata per il lasso di
 » dieci anni soltanto, quali decorsi
 » sarà in libertà non solo del sud-
 » detto Benignetti, ma di chiunque
 » altro ancora di eriger fabbriche di
 » vetri; e lavorarli anche nell'esten-
 » zione di detto territorio, e città
 » di Ascoli.

IV.

» Che la suddetta nuova fabbrica,
 » che si esibisce di erigere il Beni-
 » gnetti surriferito, debba essere non
 » solamente eretta, stabilita, ma deb-
 » ba inoltre trovarsi assortita di ma-
 » nufatture vendibili entro lo spazio di
 » due anni almeno, dalla data della

» presente concessione esibendo nei
 » Nostri uffici di camera prova le-
 » gale di avere intieramente adem-
 » pito alla presente condizione, e
 » scorso un tal termine, senza che
 » siasi adempita una tal condizione,
 » la presente grazia s'intenda nulla,
 » e come se mai fosse conceduta.

V.

» Che nelle stesse pene di ca-
 » ducità s'intenda incorso il privata-
 » rio Benignetti, qualora anche do-
 » po avere introdotta, e stabilita la
 » lavorazione, lasciasse la sua fabbrica
 » inoperosa per lo spazio di un'an-
 » no intero.

VI.

» Che in riconoscenza della pre-
 » sente concessione di diritto privati-
 » vo, debba il surriferito Benignetti
 » pagare ogni anno alla Nostra ca-
 » mera apostolica nella vigilia, o nel
 » giorno della festa dei santi apostoli
 » Pietro, e Paolo una libra di cera
 » lavorata, facendone preventivamente
 » descrivere la partita nei libri ca-
 » merali a norma degli usi, e co-
 » stituzioni.

Cedula motus
 proprii pro fir-
 mitate conces-
 sionum.

» §. 4. In questi termini pertanto, e
 » colle suddette leggi, condizioni, ed
 » obbligazioni eseguirete la suddetta
 » concessione, stipolarete publico istro-
 » mento, interporrete decreti, pu-
 » blicarete editi anche penali, e fa-
 » rete tutt'altro, che sarà confacente,
 » ed espediente all'oggetto delle cose
 » predette, ed alla piena totale ese-
 » cuzione della presente Nostra gra-
 » zia, al quale effetto vi conferiamo,
 » oltre le ordinarie della vostra ca-
 » rica tutte le altre più estese oppor-
 » tune facoltà.

Clausula salu-
 tares et irri-
 tantes, et de-
 rogatio contra
 iurum.

» §. 5. Volendo, e decretando, che
 » il presente chirografo ammettendo-
 » si, e registrandosi in camera, e
 » ne' suoi libri vaglia, ed abbia il
 » suo pieno effetto, esecuzione, e
 » vigore con la Nostra semplice sot-
 » toscrizione, e che non possa mai
 » opporglisi di surrezione, e difetto
 » della Nostra volontà, ed intenzione,
 » e che così, e non altrimenti deb-
 » ba sempre nelle cose premesse de-
 » finirsi, decidersi, ed interpretarsi
 » da qualunque giudice, e tribuna-
 » le, benchè collegiale, e composto

» di reverendissimi cardinali, to-
 » gliendo loro la facoltà di giudicare,
 » ed interpretare diversamente, di-
 » chiarando sin d' adesso nullo, in-
 » rito, ed invalido tutto ciò, che
 » scientemente, ed ignorantemente
 » si facesse in contrario, ancorchè
 » non vi siano stati chiamati, citati,
 » nè sentiti monsignor commissario
 » della Nostra camera, ed ogni al-
 » tro, che avessevi, e potesse avervi
 » interesse; non ostante la regola della
 » Nostra cancellaria de jure quæsito
 » non tollendo, e qualisiano costi-
 » tuzioni, od ordinazione apostoli-
 » che Nostre, e de' Nostri predeces-
 » sori, leggi, statuti, riforme, con-
 » suetudini, ed ogni altra cosa, che
 » facesse, o potesse fare in contra-
 » rio, alle quali tutte, e singole aven-
 » done il tenore qui per espresso,
 » e di parola in parola inserto, per
 » questa volta sola, ed all'effetto pre-
 » messo ampiamente deroghiamo.
 » Dato dal Nostro palazzo Quirinale
 » apostolico questo dì 11. genna-
 » ro 1802.

PIUS PP. VII.

» §. 6. E volendo poi che quanto
 » viene ordinato, ed espresso nel sud-
 » detto pontificio chirografo, nell'istro-
 » mento in sequela di esso stipolato
 » avanti di noi per gli atti dello stesso
 » infrascritto segretario di camera il dì
 » 26. del detto mese di gennaio abbia
 » il suo totale, e pieno effetto; per-
 » tanto in esecuzione di essi, e d'ordi-
 » ne di Nostro Signore datoci di sua
 » viva voce ordiniamo, ed espressamen-
 » te comandiamo a tutte, e singole
 » persone di qualsivoglia stato, grado,
 » e condizione, ancorchè ecclesiastiche
 » secolari, e regolari, quanto si voglia
 » privilegiate, e privilegiatissime, ed
 » esenti, e che per comprenderle nel
 » presente editto fosse necessario di
 » esprimerle: e rispettivamente proi-
 » biamo, che veruno sotto qualsivoglia
 » pretesto, causa, capo, o ricercato
 » colore ardisca nel decoro del de-
 » cennio compreso nella suddetta priva-
 » tiva fabbricare alcuna sorta di ma-
 » nifatture di vetri nella città di Asco-
 » li, e suo territorio nei termini espres-
 » si nel soprainserto chirografo, nè im-
 » pedire o molestare il detto Agostino
 » Benignetti, e suoi suddetti nell'eserci-
 » zio libero della detta privativa facoltà

Executio gra-
 tia, cum pro-
 hibitione fa-
 bricationis per
 decennium
 pro singulis
 sub pena e-
 mendationis
 damnorum,
 et multa scu-
 torum centum

come sopra concessagli, ed in caso di contravvenzione a quanto si è di sopra disposto, ed ordinato, sia ciascuno contravventore tenuto, oltre l'emenda dei danni, alla pena pecuniaria di scudi cento per ciascuna volta da applicarsi per una terza parte alla reverenda camera apostolica, per altra parte al tribunale, ed esecutori, e per l'altra terza parte al Benignetti concessionario, oltre le altre pene anche corporali a Nostro arbitrio.

§. 7. Vogliamo pertanto, che il Nostro editto affisso, e pubblicato che sia nei luoghi soliti tanto di Roma, che dello stato pontificio, ed in specie della città di Ascoli, e suo territorio astringa ciascuno alla plenaria, e totale osservanza del medesimo, come se personalmente gli fosse stato intimato. Dato dalle nostre stanze del palazzo Quirinale questo dì 5. luglio 1802.

G. Card. Doria Pamphili pro-camerlengo.

P. Ferrari uditore.

Nicola Nardi segretario, e cancell. della R. C. A.

CIL.

Indulgetur dignitatibus, et canonicis metropolitanæ ecclesiæ Senensis, ut perpetuo uti valeant in functionibus mitra alba.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. In summo apostolatus fastigio, meritis licet imparibus, constituti ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, animum jugiter intendere, ac sacerdotibus in eis Altissimo famulantibus prospicere, eorumque dignitati, et honorificentia, prout rationi consentaneum esse in Domino arbitramur, consulere non desistimus.

§. 2. Cum itaque sicut per dilectum filium Nostrum Antonium Felicem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bull. Rom. Tom. XI. F. 65.

presbyterum cardinalem Zondadari nuncupatum metropolitanæ ecclesiæ Senensis ex concessione, et dispensatione apostolica præsulem Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ipsius metropolitanæ sub titulo beatæ Mariæ Virginis in cælum Assumptæ, eadem ecclesia, in qua sex dignitates, et octodecim canonici existunt, antiquitatis laude, templi majestate, patrimonii amplitudine, sacrarum suppellectilium copia, cleri probitate, et doctrina, populique devotione, et frequentia ita floruerit, et floreat, ut superioribus difficillimis temporibus cum nihil de vetusta sua gloria exciderit, tum eo major evaserit, quo firmior, et constantior cleri, populique universi Senensis in fel. rec. Pium pp. VI. prædecessorem Nostrum illuc a notis tempestatibus compulsus extitit fides, devotio, pietas; cumque plurimi virtutibus, meritis, et amplissimis dignitatum gradibus insignes viri ex ejusdem capituli gremio prodierint, ac præterea ipsa civitas Senensis plurimum sanctorum, ac etiam aliquorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum mater fuerit, et altrix, non exigua splendoris, et ornamenti ad ipsam metropolitanam fieret accessio, atque divinus in ea cultus, populique devotio majora in dies susciperet incrementa, si exponentes prædicti mitrarum decore donentur. Nobis propterea ipsi exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur eorumdem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ac dignitatum, et canonicorum prædictorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, dignitates, et canonicatus in dicta metropolitana ecclesia Senensi obtinentibus presentibus, et perpetuis futuris temporibus tam in civitate, quam in diocesi Senensi, et absente eodem Antonio Felice cardinale præsule, seu pro tempo-

Tenor concessionis.

Fides habenda transumptis.

Dat. die
12 januarii
1802
anno II.

Procurator.

Expositio pro-cum.

re existente archiepiscopo Senensi, in missis, vespertis, ac laudibus solemniter decantandis, ac etiam in processionibus, seu supplicationibus, benedictionibus candelarum, cinerum, palmarum, et fontis baptismalis, ac reliquis ecclesiasticis functionibus, in quibus sacra adhibentur paramenta, mitra ex tela alba uti libere, et licite possint, et valeant apostolica auctoritate, tenore presentium concedimus, et indulgemus, eisque in suis armis, seu insigniis gentilitiis mitra apponi faciendi, et addendi licentiam. et facultatem perpetuo tribuimus, et impertimur.

Clausula sobla
ta, et decre-
tum irritans.

§. 4. Ipsos vero super premissis a quoquam quovis preteritu, causa, et occasione molestari, perturbari, aut impediri nullatenus posse; sicque et non aliter per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et dictae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretaandi facultate, et auctoritate iudicari, et defini debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quatenus opus sit praedictae metropolitanae ecclesiae Senensis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis in genere, vel in specie sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, et alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, et pluries innovatis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia ex-

quisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi praesentibus proplene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda januarii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno secundo.

CIII.

Indulgetur praeposito collegiatae de Provenzano Senensis civitatis, ut perpetuo uti valeat in functionibus mitra alba.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **Q**uantum dignitatis, splendoris, et venerationis ipsa sacra ornamenta oculis, animisque Christianidelium ingerant optime sciens Apostolica Mater Ecclesia in templis magis conspicuis, ubi major est populi frequentia nonnumquam insignia, quibus soli pontifices in sacris ministeriis obeundis uti solent a praecipuis earundem ecclesiarum ministris deferenda concessit.

§. 2. Cum itaque sicut dilectus filius Noster Antonius Felix Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Zondadari nuncupatus, ex concessione, et dispensatione apostolica metropolitanae ecclesiae Senensis praesul Nobis nuper exposuit, saecularis, et, ut asseritur, insignis collegiata ecclesia sub titulo Visitationis beatae Mariae virginis vulgo di Provenzano Senensis civitatis templi amplitudine, populi frequentia, dignitatum et canonicorum numero, pietate, et scientia ita splendeat, ut uni metropolitanae ecclesiae in civitate praedicta cedat, praeterea nulli, cumque ejusdem collegiatae praepositus, qui est prima ex quatuor ibi existentibus dignitas cappa magna utatur ad instar canonicorum ipsius metropoli-

Dat. die
12 januarii
1802.
anno II.

Proenium.

Expositio praesul.

tanæ ecclesiæ Senensis, ad christianæ devotionis, et divini cultus incrementum valde conduceret, si, ut metropolitane prædictæ canonici, ita etiam prima collegiatae hujusmodi dignitas mitræ decore donetur. Nobis propterea idem Antonius Felix cardinalis præsul humiliter supplicavit, ut moderno, et pro tempore existenti præposito dictæ ecclesiæ in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignoemur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, qui singulari benevolentia, gratique animi affectu universam prosequimur civitatem Senensem ob ejus singularem in fel. rec. Pium PP. VI. prædecessorem Nostrum illic calamitosissimis temporibus commoratum fidem, constantiam, et devotionem supplicationibus hujusmodi libenter annuere volentes, ac modernum collegiatae hujusmodi præpositum a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, moderno, et pro tempore existenti præposito collegiatae hujusmodi de Provenzano in perpetuum, ut ipsi tam in civitate, quam in diœcesi Senensi, etiam absente eodem Antonio Felice cardinale præsule, seu pro tempore existente archiepiscopo Senensi, in missis, vesperis, ac laudibus solemniter decantandis, ac etiam in processionibus, seu supplicationibus, benedictionibus candelarum, cinerum, palmarum, et fontis baptismalis, ac reliquis ecclesiasticis functionibus, in quibus sacra adhibentur paramenta mitra ex tela alba uti libere, et licite possint, et valeant apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus, eisque in suis armis, seu insigniis gentilitiis mitram apponi faciendi, et addendi licentiam, et facultatem perpetuo tribuimus, et impertimur.

Clausula subla, et decretum irritans.

§. 4. Ipsos vero super præmissis a quoquam quovis prætextu, causa, et occasione molestari, perturbari, aut impediri nullatenus posse; sicque et non aliter per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici au-

ditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et dictæ Sedis nuncios, sublatis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contraxiorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quatenus opus sit, prædictæ metropolitane ecclesiæ Senensis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis in genere, vel in specie, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, et alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, et pluries innovatis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda januarii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno secundo.

